

HOMILIAE

VENERABILIS BEDAE PRE-
ſbyteri Angloſaxonis, theologi celeberrimi,
in D. Pauli epiſtolas & alias ueteris & noui te
ſtamenti lectiones tam de tempore quàm de
ſanctis, ut per totum annum in templis legun
tur, nunc primum excuſæ.

CVM INDICE.



COLONIAE
apud Ioannem Gymnicum. Anno
M. D. XXXV.

ORNATISSIMO CONSVLTISSIMOQVE D. MATthię de Sara castro, I. V. doctori, et officiali Treuerensi dignissimo, Ioannes Gymnicus typographus. S. D.



VM multa sint studiorum genera Doctor præstantiss. quibus hodie liberaliores animi occupantur aluntur'q;, inter ea tamen facile præstat, quod à diuinis & sacris rebus cognoscendis, apud Græcos nomen inuenit. Hoc etenim, præterquam animum suauibus quibusdam allectamentis detinet, tot pręterea tantisq; beneficijs sectatores suos afficit, ut non in isto modo uitę curriculo (quantulum autem id est?) uerum etiam post decursum hoc æui spacium, egregijs quibusdam prę mijs oneret. Quid enim aliud uel melius uel beatius à deo exoptari potest, quàm id aliquando re ipsa experiri, de quo antea ueluti per umbram & somnum certa tamen credulitate cognoueris? Nam quamdiu in hoc, ueluti ergastulo animarum sublimitas inclusa est, nihil habet

habet quod perſpicuis, clarisq́ꝫ oculis perui-deat, nihil quo altius & ſublimius ob impuram corporis molem ſeſe erigere poſſit, ſed ſomno degrauata, omnibus propemodum affectionibus ſuccumberet, niſi paratum eſſet hoc ſtudiorum antidotum, cuius beneficio paulatim ad ſe redit, & longe beatiorem poſt relictum hoc domicilium uitam ſperare incipit. His uero beneficijs cœleſtis illa philoſophia, pro ſua inexhauſta erga nos liberalitate amãtes ſui afficit. Quamobrem peruerſam quorundam uitæ ſtudiorumq́ꝫ inſtitutionem ſatis admirari nequeo. Videas enim multos qui per omnem uitæ ætatem id unum ſolummodo conantur, ut quamoptimi rhetores fiant, quoſdam ut muſicen perfecte diſcant, alios ut in geometras ſcientiſſimos euadãt. Inter quos tamen uix unus, aut alter, qui uel minimo uitæ tempore operam dent, ut in bonos probatosq́ꝫ uiros euadant. Tanta eſt meliorum ſecuritas ac negligentia. Ac eius rei cauſſam dum inueſtigo, haud aliam profecto reperire poſſum, quàm quod neglectis diuinis ſtudijs totos ſe mundanis, alienisq́ꝫ à noſtra profeſſione mancipant. Quibus quid aliud lucrifaciũt, quàm quod D. Chryſoſtomum ad pręcepto-

rem suum Libanium sophistam, præter dicen di studium quiduis contemnentem dixisse ferũt: ὦταν μάταιο πονεῖς καὶ ἀπώλολας. Humana enim omnia si diuina respicias inania sunt, & stultissimæ cuiusdam curiositatis plenissima. Cum liquido intelligamus non in hominum sapiẽtia, sed in ueritate dei fidem nostram fundatam esse. Sed eos qui pessimum hunc scopum sibi pręfixerunt, quo omnia sua studia ad questum, aut ambitionem referunt, stultitiæ suæ reliquamus. Illos uero, quibus semper ob oculos uersatur nobile sapientis uerbum, ἀρχὴ σοφίας ὁ φόβος τοῦ θεοῦ, beatos ac felices iudicemus, quod uerum studiorum fructum agnoscentes decerpant, ac cõsequantur. Quorum e numero cum et tuam prudentiã esse uideã, cui nõ dignus habeberis cuius uirtutum eruditionisq́; omnigenæ pręconium à melioris aliquo ingenij & elegantiore laudũ amplificatore decantetur? Sic enim & priusq̃ te ad negocia ciuilia tractãda quotidie conferas cum sacris autoribus uersaris, ut non solũ teipsum, uerũ etiã & alios sapięntia iustitiaq́; instituas. Sic quoq; & post forẽses illas auditiones ad illa redis, ut pigeat doleatq́; te uel latũ unguẽ ab illis recessisse. Accedit ad laudũ tuarum cumulũ, q̃d nec

uul-

uulgare aliquod ſcriptorum genus te afficit, ſed quos & pietate cũ eruditione & caſta & ornata p̃ſtare cõmendabilesq́ꝫ cognouiſti. Quod ipſum et ſi cętera tacerẽt oĩa, uel ſola tua bibliotheca, minime uulgaribus libris inſtructa, teſtaretur. Vt taceã interim indefeſſum illud in uetuſtis ac probatis autoribus cõquirendis & comparãdis ſtudium. Quo factũ eſt ut paucis hiſce annis inſigniũ aliquot ſcriptorũ lucubrationes, tua opera in lucem exierint. Inter quos cum & Bedæ homilię, ſiue ſermones in lectiones ueteres epiſtolarũ laterent, uoluiſti ad me miſſo exemplari autorẽ hunc manibus omnium cõteri. Quamobrem ego uoluntatẽ tuam erga bona et ſacra ſtudia uehemẽter laudo, nominatimq́ꝫ ſtudioſorũ oĩm ad quos bonus aliquando ex hoc autore fructus peruenturus eſt gratias ago amplißimas. Obteſtãs ſimul etiã flagitãs ut quoſcũqꝫ eius notę libros acceperis ad me trãſmittas, ſic enim futurum eſt, ut optimi conatus tui fructũ accipias, & Chriſtiana reſpub. impurorum hoĩm commẽtarijs afflicta, ac propemodum perdita in priſtinã trãnquillitatem reducatur. Vale doctor præſtantiſſime, & bonis ſtudijs faue, Coloniæ ex officina noſtra. Anno M. D. XXXV.

INDEX HOMILIARVM TAM PROFESTOrum dierum quàm festorum, cum initijs & allegationibus epistolarum & lectionum, secundum temporis seriem digestus.

Dominicæ aduentus domini.

Rom. 15

1 Scientes: quia hora est iam nos. 261

Rom. 15

2 Quęcunque scripta sunt, ad nostram. 264

1. Cor. 4

3 Sic nos existimet homo, ut ministros. 266

Feria quatuor temporum post Luciæ.

Esaiæ 2

4 Erit in nouissimis diebus, pręparatus. 269

Esaiæ 7

Locutus est dominus ad Achaz dicens, Pete. 52

2. Thessa. 2

7 Rogamus uos per aduentum domini nostri Iesu Christi. 272

Phi-

Philippen. 4
4 Gaudete in domino semper, iterum. 274
In uigilia natiuitatis domini.
Rom. 1
Paulus seruus Iesu Christi, uocatus apostolus. 1
Sermo de eodem die. 4
In gallicantu natiuitatis dominicę.
Tit. 2
Apparuit gratia saluatoris nostri omnibus hominibus. 7
In aurora natalis domini.
Tit. 3
Apparuit benignitas & humanitas. 9
In die sancto natiuitatis dominicæ.
Hebręo. 1
Multipharie multisq; modis. 11
Dominica infra octau. natalis domini.
Gal. 4
Quanto tempore hæres paruulus est. 19
Die Epiphaniæ domini.
Sermo. 24
Dominicæ post Epiphaniam dominicam.
Roman. 12

1 Obſecro uos per miſericordiam dei. 26
In octauis Epiphaniæ domini.
Sermo. 29
Rom. 12
2 Habentes donationes ſecundum gratiã 31
Rom.12
3 Nolite prudẽtes eſſe apud uoſmetipſos. 34
Rom.13
4 Nemini quicq̃ debeatis,niſi. 36
Col.3
5 Induite uos ſicut electi dei,ſancti. 255
Dominica in LXX.
1.Cor.9.& 10
Neſcitis quod hi qui in ſtadio currunt. 40
Dominica in LX.
2.Cor.11.& 12
Libenter ſuffertis inſipientes. 42
Dominica in L.
1.Cor.13
Si linguis hominum loquar. 45
Series feriarum & dominicarum
Ieiunij.XL.
In die Cinerum.
4 Sermo ſuper cap.2.Iohel. 47
Dominica 1.quadrageſimæ.
2.Cor.6
Hor-

Hortamur uos ne inuacuum gratiam. 50

Poſt Inuocauit.

Exodi 24

4 Dixit dominus ad Moyſen. Aſcende ad me in montem. 55

1. Theſſ. 5

7 Rogamus uos corripite inquietos. 58

Dominica 2. in XL. Reminiſcere.

1. Theſſ. 4

Rogamus uos & obſecramus in dño Ieſu. 60

Poſt Reminiſcere.

Daniel. 9

2 Orauit Daniel dicẽs: Dñe deus noſter, q. 62

Geneſ. 37

6 Dixit Ioſeph fratribus ſuis. Audite ſomnium meum. 64

Geneſ. 27

7 Dixit Rebecca filio ſuo Iacob. Audiui patrem tuum. 66

Dominica 3. in XL. Oculi.

Epheſi. 5

Eſtote imitatores dei, ſicut filij. 69

Poſt Oculi.

Exodi 71

4 Honora patrem tuum & matrem tuã 71

Hierem. 7

5 Sta in porta domus domini,& prędica. 74
Daniel.13
7 Erat uir in babilone,& nomen. 76
Dominica 4.in XL.Lętare.
Gal.4
Scriptum est,quoniam Abraham duos. 79
Post Lętare.
3.Reg.3
2 Venerunt duæ mulieres meretrices. 83
Esaiæ 1.
4 Lauamini mundi estote,auferte malũ. 84
4.Reg.4
5 Venit mulier sunamitis ad Helizeum. 87
Esaiæ 49
7 In tẽpore placito exaudiui te:& in die. 89
Dominica 5.in XL.Iudica.
Heb.9
Christus assistens pontifex futurorum. 92
Ionæ 3
2 Factũ est uerbum dñi ad Ionã secundo. 94
Daniel.3
3 Domine deus ne despicias populum. 96
Hierem.17
6 Dñe omnes qui te derelinquunt cõfund. 98
Dominica Palmarum.
Philip.2

Hoc

Hoc sentite in uobis, quod & in Christo. 100
Post palmarum.
Esaię 50
2 Dominus deus aperuit mihi aurem. 102
Esaię 53
4 Domine quis credidit auditui nostro. 105
In Cœna domini.
1. Cor. 11
5 Conuenientibus uobis in unum, iam. 108
Die Parasceues.
Sermo admodum consolatorius. 111
In uigilijs Paschæ.
Col. 3
7 Si consurrexistis cum Christo, quę sur. 114
In die sancto Paschæ.
1. Cor. 5
Expurgate uetus fermentum. 116
Feria 2. Paschæ.
Actuum 10
2 Stans Petrus in medio plebis dixit. Viri fratres. 117
Actuum 8
5 Angelus domini locutus est ad Philippũ dicens: Surge. 120
1. Petri 2
7 Deponẽtes oẽm malitiam & omnem. 122
Do-

Dominica Quasi modo geniti.
1.Ioan.5
Omne quod natum est ex deo uincit. 124
Dominica Misericordia domini.
1.Petri 2
Christus passus est pro nobis,uobis relin. 127
Domin.Iubilate.
1.Petri 2
Obsecro uos tanq̃ aduenas & peregrinos. 129
Domin.Cantate.
Iacobi 1
Omne datum optimum,& omne do. 132
Domin.Vocem iucunditatis.
Iacobi 1
Estote factores uerbi,et non auditores tm̃. 135
Dominica rogationum.
Iacobi 5
2 Confitemini alterutrũ peccata uestra. 137
3. In uigilijs Ascensionis domini.
Ephes.4
4 Vnicuiq; aũt nostrum data est gratia. 139
In Ascensione dominica.
Actu.1
Primum quidem sermonem feci de omn. 142
Dominica Exaudi.
1.Petri 4

Estote prudentes & uigilate. 144
In uigilijs pentecostes.
Actuum 19
Factum est cum Apollo esset Corinthi. 147
In solennitate Pentecostes.
Actuum 2
Dum complerentur dies pentecostes. 149
Feria 4. post Pentecosten.
Actuum 2
4 Stans Petrus cum undecim, eleuauit. 151
Actuum 2
6 Aperiens Petrus os suum dixit. 153
Die Sacramenti.
1. Cor. 11
Ego enim accepi à domino, quod & trad. 108
Dominica prima post Trinitatis.
1. Ioan. 4
1 Deus charitas est, in hoc apparuit. 158
Dominica 2. post Trinitatis.
1. Ioan. 3
2. Nolite mirari, si odit uos mundus. 160
Dominica 3. post Trinitatis.
1. Petri 5
5 Humiliamini sub potenti manu. 163
Dominica 4. post Trini.
Rom. 8
Exi-

4 Existimo enim quod non sint condig. 171
Dominica 5.post Trinit.
Rom.5
Cum adhuc infirmi essemus secundum tempus. 174
Dominica 6.post Trini.
Rom.6
Quicunq; baptizati sumus in Christo Ie. 184
domin.7.post Trinita.
Rom.6
7 Humanum dico propter infirmitatem carnis. 194
domin.8.post Trinitat.
Rom.8
8 Debitores sumus non carni,ut secund. 196
domin.9.post Trinita.
1.Cor.10
9 Non simus concupiscentes malorum. 198
domin.10.post Trinitat.
1.Cor.12
10 Scitis quoniam cum gentes essetis ad simulachra, 156
domin.11.post Trinitat.
1.Cor.15
11 Notum uobis facio euangelium. 201
domin.12.post Trinitat.
2.Co.

2.Cor.3.

12 Fiduciam talem habemus per Christum ad deum. 204

domin.13.post Trinitat.

Gal.3.

13 Abrahæ dictæ sunt promissiones. 213

domin.14.post Trinitat.

Gal.5

14 Spiritu ambulate & desideria carnis. 215

domin.15.post Trinita.

Gal.6

15 Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulem. 218

domin.16.post Trinitat.

Ephesi.3

16 Obsecro uos ne deficiatis in tribulationibus meis. 220

domin.17.post Trinitat.

Ephesi.4

17 Obsecro uos ego uinctus in domino. 223

In Septembri feria 4. quatuor temporum.

Amos 9

4 Ecce dies ueniunt, et comprehendet arator messorem. 225

Osee 14

6 Conuertere Israel ad dominum deum. 228

Za-

Zachar.8

7 Hæc dicit dominus deus exercituum, ficut cogitaui. 231

domin.18.post Trinitat.

1.Cor.1

18 Gratias ago deo meo semper pro uo. 235

domin.19.post Trinitat.

Ephesi.4

19 Renouamini spiritu mentis uestrę. 238

domin.20.post Trinitat.

Ephesi.5

20 Videte quomodo caute ambuletis, nō. 241

domin.21.post Trinitat.

Ephes.6

21 Confortamini in domino & in potentia uirtutis. 244

domin.22.post Trinitat.

Philip.1

22 Confidimus in domino Iesu, quia qui cœpit. 246

domin.23.post Trinita.

Philip.3

23 Imitatores mei estote & obseruate. 249

domin.24.post Trinita.

Col.1

24 Non cessamus pro uobis orantes. 251

domi-

domin.25.post Trinitat.
Col.3
25 Mortificate igitur membra uestra,quę. 253
In dedicatione templi.
Apocal.21
Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem no. 277

Aliquot homiliæ, quæ non habent
certos,quibus leguntur,
dies.
Esaię 44
Audi Iacob serue meus. 165
Iohel 2
Exultate filię Syon. 167
Rom.5
Iustificati igitur ex fide. 169
2.Cor.5
Scimus si terrestris domus nostra. 210
Rom.5
Sicut per unius delictum,in omnes. 176
Tabula Homiliarum de Sanctis
tum propriarum , tum
communium.
In ferijs Andreæ apostoli.
Rom.10
Corde creditur ad iustitiam,ore autem. 258

In ferijs conceptionis diuæ uirginis Mariæ.
Prouerb.8
Dominus possedit me in initio uiarum suarum. 38
In natali S.Stephani prothomartyris.
Actuum 6
Stephanus plenus gratia & fortitudine. 15
In ferijs diui Ioannis apostoli & euangelistæ.
Ephesi.1
Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi,qui benedixit. 15
In natali sanctorum Innocentium. martyrum.
Sermo. 17
In ferijs Circuncisionis dominicę.
1.Tit.1
Fidelis sermo & omni acceptione dignus. 22
In ferijs Conuersionis Pauli Apostoli.
Actuum 9
Saulus adhuc spirans minarum & cędis. 191
Die Purificationis dei genitricis Mariæ.

Pro-

Prouerb.8
Dominus possedit me in initio uiarum suarum. 58
In ferijs Annunciationis diuæ uirginis Mariæ.
Esaiæ 7
Locutus est dominus ad Achaz dicens. 52
In uigilijs diui Ioannis baptistæ.
Hieremię 1
Priusquã te formarem ex utero noui te. 179
In die Ioannis baptistæ.
Esaię 49
Audite insulę & attendite populi. 181
In uigilijs Petri & Pauli apostolorum.
Actuum 5
Petrus & Ioannes ascendebant in templũ. 186
In die sancto.
Actuum 12
Misit Herodes rex manus, ut affligeret. 189
Vincula Diui Petri apostoli.
Actuum 12
Misit &c. ut in die natalis Petri. 189
In natali beatę Mariæ Magdalenæ.
Prouerb. 31
Mulerem fortem quis inueniet, procul &c. 299

In ferijs diui Laurentij martyris.
2.Cor.9
Qui parce seminat parce et metet. 206
In die Assumptionis deiparę Marię
uirginis.
Ecclesiast.24
In omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate. 208
In natali Christiferæ uirginis
Mariæ.
Prouerb.8
Dominus possedit me in initio uiarum suarum. 38
In ferijs Diui Matthęi apostoli.
Ephes.4
Vnicuique nostrum data est gratia,secun. 139
In die Michaelis archangeli.
Apocal.12
Factum est prelium magnum in cœlo. 235
Commune Sanctorum.
In ferijs unius apostoli.
Rom.8
Scimus autem quoniam diligentibus deū. 280
In natali unius martyris.
Ecclsiast.31
Beatus uir qui inuentus est sine macula. 282
2.Tim.

2.Tim.2

Nemo militans deo implicat se. 285

In ferijs plurimorum martyrum.

Prouerb.10

Expectatio iustorum lætitia, spes autem. 286

1.Petri 1

Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi, qui secundum. 289

In ferijs Confessorum.

Ecclesiast.44

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis. 291

Heb.7

Plures facti sunt sacerdotes, idcirco. 294

In natali uirginis.

1.Cor.10.& 11

Qui gloriatur in domino glorietur. 297

Prouerb.31

Mulierem fortem quis inueniet? 299

Diui Augustini hypponensis episcopi, homiliæ aliquot, de resurrectione fidelium. 305

PROLOGVS BEDAE
presbyteri.

QVantam & quàm multiplicem gratiam sancti Apostoli à domino Christo meruerint audiuit in dilectionum serie sępe dilectio uestra. Nunc quoq; quid in numero, uel nomine significent, paucis dignum est pertractare sermonibus. Sicut em̃
Ioan.1 deus pater per unigenitũ filium suũ in uirtute spiritus
Heb. 1 sancti, primã mundi creationẽ sex dierum operatione compleuit: Ita etiã duplicato eodem senario numero, unde XII. efficiuntur, mundum perditum, etiam propè deletum, dñs Iesus Christus per suos XII. renouauit apostolos. Et sicut XII. mensibus in circulo anni, diuersis temperamentis mundi fructus ad usum humani generis per dei largitatem omnipotẽtis renouatur: ita per XII. apostolorũ doctrinã fructum bonorũ operum deo adferre humanum genus fideliter inchoauit. Sicut uero mazaroth, id est, signifer, per quem sol anni circuitũ XII. mensibus mundũ illuminat, Christus in-
Mala.4 telligitur, qui sol iustitiæ dictus est à propheta: ita per
Matth.5 XII. apostolos suos, quos lumen mundi uocauit, de tenebris ignorantiæ & infidelitatis, ad beatę æternitatis lucem, omnes qui crediderint in eum uocare dignatus est, & sui sancti spiritus gratia eorum corda illuminare. Hic uerus dies Christus, mundo ortus est ad salutem, & sicut dies XII. horis ab ortu solis usq; ad occasum uoluitur, ita per XII. apostolos suos ad inchoationẽ rectę conuersationis, quod per ortum solis intelligitur, suos illustrat fideles. In qua qui usq; ad occasum, id
Mat.10. est, usq; ad finem uitæ perseuerauerit, in æternũ saluus
& 24. erit. Hic sicut Iacob qui supplãtator interpretat̃ XII. filios generauit, ad possidendã repromissionis terram. Christus qui supplantauit diabolum XII. elegit apostolos, quibus terram repromissionis, id est, regni cœlestis

ſtis tradidit benedictionem: & poteſtatem eis tribuit
calcandi ſuper ſerpētes,& ſcorpiones,& ſupra omnem Lucæ 10
uirtutē inimici,nūc uerus Moyſes undiq; ex omni par
te,id eſt,ab oriente et occidente,ab aquilone & auſtro,
per XII.tribus metatur caſtra circa tabernaculū ſuum:
Chriſtus per XII.apoſtolos quaternū euāgeliū,p qua-
tuor orbis partes adnunciās,ad ęterna tabernacula oēs
ſibi credētes inuitauit dicēs: Venite ad me oēs qui labo
ratis,& onerati eſtis,et ego reficiā uos in ęternę uitę ta Matth.11
bernaculo. Hic ſicut XII.fontes in Elim, unde laſſatus
ualde ualida ſiti populus potatus eſt,p XII.apoſtolos
omnis turba fideliū ſacrę fidei doctrina potatur: & ad Exodi 15
æternę uitę gaudia ſancta prędicatione uocatur.Nunc
uerus Ioſue qui ſaluans populū ſuum intelligitur,XII.
exploratores miſit ad explorādam terrā repromiſſio- Ioſue 2
nis,quam deus Abrahę dilecto ſuo et ſemini eius ſe da-
turū promiſit.Chriſtus XII.apoſtolos miſit inter nu- Geneſ. 15
meroſitatem omnium gentium, euāgelizare regnum
dei. Vt de illis Pſalmiſta ait: In omnem terram exiuit
ſonus eorum,& in fines orbis terræ uerba eorum.Hic Pſalm. 18
XII.lapides quos tulerunt de Iordanis alueo(quod de Rom. 10
ſcenſio eorum interpretatur) filij Iſrael ſiccis eum pe- Ioſue 4
dibus tranſeuntes,& ponētes eos in teſtimonium ſem
piternum poſteris ſuis,XII.apoſtolorum tenentes fi-
guram, qui de deſcenſione ſacri baptiſmi ſunt eleuati,
& ex omni multitudine humani generis,hi tantū XII.
uiri ad prædicandum teſtimonium ſempiternum euan
geliū regni dei, omnibus per orbem terræ nationibus
miſſi ſunt.Qui etiā in ſancta eccleſia oībus ſunt creden
tibus miſſi in teſtimonium,quia quiſquis ad ęternę uitę
gaudia peruenire uoluerit,eorum prædicationē & do
ctrinā illum in omnibus ſequi neceſſe eſt. Quorūq; ſuc
ceſſores nunc in ſancta eccleſia ſunt omnis ueritatis
præ-

prædicatores, adnunciantes uerbum salutis æternæ in
5. Reg. 7 Christo Iesu domino nostro. Nunc uerus Salomõ qui
pacificus interpretatur, sicut mare æneum, id est, luterem super XII. boues æneos posuit ante templum, ubi sacerdotes & ministri altaris lauabant manus, cum ingrederentur sanctuarium domini: Ita mare æneũ, id est, confessionem ueræ fidei, uel etiam confessionem delicti, siue sacræ scripturæ doctrinã super humeros XII. posuit apostolorum, quorum doctrina omnes imbuti fideles, per cõfessionem ueræ fidei, & pœnitentiam delictorum, ab omnibus mundentur sordibus, digni efficiantur ad æterna sancta domini sui introire, & regni
Apoca. 21 cœlestis gaudia possidere. XII. nanque portæ sanctæ erãt ciuitatis Hierusalem, per quas introibant & egrediebantur omnes manentes, & uenientes in eam: Ita XII. apostoli portæ sunt ciuitatis Hierusalem, per quorum prædicationem omnibus undique uenientibus in sanctam
Matth. 18 ecclesiam patefactæ sunt portæ regni cœlestis, quibus etiam data est potestas, & successoribus eorum in ecclesia ligandi & soluendi in cœlo, & in terra: Vt quoscunque per culpam ligauerint in terra, ligati erunt in æterna tormenta. Quoscunque autem soluerint confitentes, & pœnitentes peccata sua, soluti erunt in cœlo. Omnes uero hic remissione peccatorum percepta, ad æternæ beatitudinis gaudia eorum præcibus adiuti, per dei gratiam peruenire mereantur, eius adiutorio
Joan. 1 & uoluntate qui fecit omnia, & per quem facta sunt
Apoca. 19 omnia, quæ sunt cœlestia & terrena, uisibilia & inuisibilia, qui est rex regum, & dominator omnium, regnans sine initio, deus uerus, solus omnipotens, per omnia secula seculorum, Amen.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI:

Incipiunt explanationes Lectionum seu Epistolarum, Dominicis diebus, festiuitatibus, ac ferijs, Venerabilis Bedæ presbyteri.

IN VIGILIA NATALIS DOMINI de nona, lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos I.



RATRES, Paulus seruus Christi Iesu uocatus apostolus, segregatus in euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, q factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

GAudeamus fratres, & lætemur in domino charissimi, in solennitate præsenti quam festiua deuotione præuenimus, in qua misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege ut captiuum redimeret mundum, & eos qui sub lege erant redimeret, & ad regna cœlestia reuocaret. Hæc enim festiuitas fratres charissimi, nostri est redemptoris. Quam omnes sancti ab initio patriarchæ & prophetæ, multis & diuersis figuris et sermonibus prænuntiauerunt, in qua deus ipse dei filius nostræ particeps factus est naturæ, ut nos participes faceret gloriæ suæ. Qui tam charos nos habuit, ut etiam proprio nos sanguine suo Gal. 4. Rom. 5.

uerti uoluerit ab impietate sua, statim ut pœnitentiam egerit, de peccatis suis à domino ueniam consequatur. Vnde ipse dominus per prophetam dicit. In quacunque die conuersus fuerit peccator, uita uiuet, et non morietur. Et iterum. Cum enim conuerterit se impius ab impietate sua, & fecerit iudicium & iusticiam, omnes iniquitates eius in obliuione erunt coram me. Si ergo uolumus fratres mei dilectissimi, ut obliuiscatur dominus iniquitatum nostrarum, & si regni cœlestis glorię participes esse desideramus, & sanctos apostolos dei ante deum pro peccatis nostris habere patronos, imitemur, ut diximus, Paulum, ut simul cum illo accipere mereamur bonorum operum pręmium, immutemur in moribus simul & nominibus, ut qui erat impius & immitis, sit mansuetus & pius: & qui erat adulter, agat pœnitentiam, ut sit castus: qui erat superbus, sit humilis: qui erat auarus, sit largus: qui solebat furtum facere, & res alienas inuadere, studeat nunc propria misericorditer largire: qui solebat fratri suo per iracundiam iniuriosa uerba proferre, humiliet se cum pœnitentia & satisfactione cum benignitate, & sit in actu suo cum disciplina modestus & patiens. Expellat ab animo iracundiæ furorem, & tranquillitatem mentis obseruare studeat. Non cōtra fratres post uerba laudis & orationū, serpentis uenena iaculetur. Quia quisquis est homo qui uult uitam, & cupit uidere dies bonos? Contineat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. Deuertat à malo, & faciat bonum. Inquirat pacem, et sequatur eam. Pacem quęrere debet & sequi filios pacis, atque à dissentionis malo continere linguam suam debet, qui nouit et diligit uinculum charitatis. Pacem igitur nobis dominus in hæreditatē dedit, omnia suæ pollicitationis pręmia in pacis conser-

Ezech. 18

Apostoli pœnitentium patroni.

Psalm. 33

Ioan. 14

uatione pręmisit. Si hæredes uitæ ęternę esse cupimus, in Christi pace maneamus. Nam si in pace Christi ma-
Matth.5 neamus, filij dei & filij pacis appellamur. Vt beati paci fici quoniam filij dei uocabuntur. Quia igitur fratres gaudeamus nos, domino dicente, ad hanc peruenisse diem: in quo primũ domini et saluatoris nostri in hunc mundum celebramus aduentum: Oportet nos solicite cum omni deuotione & diligentia, tales bonis moribus & rectis actibus in ista transitoria festiuitate pręparare, ut læti atq; hilares cum omni gaudio, domino ac redemptori nostro in secundo eius aduentu, quan-
1. Tess.4 do cunctis per orbem gentibus iudicaturus adueniet, & obuiam uenire mereamur & ad illam quæ non est transitoria, semper manens ęterna peruenire digni efficiamur. Et ideo charissimi uitam nostram redemptori domino integram illibatamq; seruemus, & natiuitatem domini nostri Iesu Christi cum gaudio celebrantes, ita ipso auxiliãte agere studeamus, ut tanta ac tam immensa beneficia dei nostri non nobis iudicium pariant, sed profectum per Iesum Christum dominum nostrum cui est honor & imperiũ, uirtus, & potestas in secula seculorum, Amen.

¶Vnde supra.

GAudere & exultare oportet nos fratres charissimi, quia saluator noster Iesus Christus qui erat deo patri coæternus, & secundũ formã dei con-
Philip.2 substantialis & coæqualis in maiestate diuina, ut mundum perditum liberaret & humanũ genus quod propter pręuaricationem protoplasti parentis sub maledicto positum erat redimeret, & sanctificaret per incarnationem suam. Temporalis apparuit ex nostra necessi-
Ioan.1. tate. Et qui deus erat factus est homo, ut nos filios dei faceret, ut in præsenti lectione audistis. Dicente aposto lo; Pau-

Io. Paulus seruus Christi Iesu uocatus apostolus segregatus in euangelium dei: Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnẽ. Quod aũt apostolus se seruũ Christi nominauit, licet prius noĩe potẽtis se nominaret, non tamẽ cuiuslibet hominis seruum se dicit, sed seruũ Christi Iesu. Hoc tamẽ egit pro humilitate, ut etiam & humilitatis exemplum legentibus daret. Vel ideo seruum se dicit Christi Iesu, & quia fuit ante seruus diaboli, persequendo ecclesiã dei, quod ignorans fecit, nunc conuersus, & mutatus seruum se ostenderet Christi. Cuiuscunque enim quis paruerit uoluntati, eius seruus addictus est. Quisquis igitur uoluntatẽ diaboli fecerit & quandiu in malis operibus perseuerat, seruus est diaboli uel peccati. Cum uero reuertitur ad dominum, eiusq́ ceperit & perfecerit uoluntatem, seruus Christi appellabitur. Quid uero merebitur seruus diaboli fratres mei, nisi pœnas ęterni ignis? Quid uero seruus Christi, nisi gaudium & lætitiam sempiternã? Vocatus apostolus, id est, non meritis meis, sed gratia & misericordia dei merui in apostolatum uocari. Quisquis eñ alios docere cupit, debet ipse prius mala quæ uetat deserere, & bona quæ prædicat exemplis ostendere: Vt ipse apostolus, post quam deseruit quid mali fecit, & bona quæ fecit, meruit in apostolatũ uocari. Ita & nos, si mala quæ fecimus, deserimus, & bona operari satagimus, acceptabilis erit fratribus nostris nostra doctrina, et merces nobis exinde crescit æterna. ¶ Segregatus in euangelium dei. Ac si diceret. Segregatus à peccatis quæ ignorans feci, uel segregatus ab infidelibus & resistentibus uoluntati dei, Christi missus sum prædicare aduentum in hunc mundum. Euangelium enim bona adnunciatio dicitur. Quę enim

[Margin: Paulus quare seruus dicat. — 1. Tim. 1 — 2. petri 2 — Ioan. 8. — Mat. 25 — Rom. 2 — Mat. 7 — 2. pet. 2 — Mat. 5]

melior in toto mundo. quàm Christi natiuitas, qui ad hoc incarnari dignatus est, ut eriperet & saluaret omē genus humanum, & per euangelium suum, id est, per sacratissima sua exempla & monita, uel per prædicationem sanctorum apostolorum suorum promitteret omnibus in se credentibus, & peccata sua confitentibus, suorum ueniam delictorum, & æternæ uitæ & regni cœlestis prēmia largiretur. Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, q factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem. Scripturæ sacræ dicuntur, quæ excludunt uitia & peccata siue quæ continent unius dei ueri notitiam, & incarnationis filij dei mysteria. Excludit enim hic pseudo-
Hiere. 25 prophetas, qui non adeo missi, sed à diabolo decepti falsa non uera uaticinantur. Ideo in scripturis sanctis dicit: Quia ea quæ de domino uera & recta prædicata sunt, sancta esse nemo quis dubitet. Quod uero dicit ex semine Dauid ostendit Mariam ex regia stirpe Dauid descēdisse, ut nobilitas natiuitatis in humanitate ostenderetur. Vt sicut de deo rex regum & omnium seculorū ante secula natus est, ita ex homine rege ortū habe-
Lucæ 1 ret natiuitatis humanę, ex Maria uirgine: Non tamen ex semine uiri, sed à spiritu sancto. Qui prædestinatus est filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis. Ac si diceret. Quia in præsentia semper dei erat, & filius dei, fiebat filius hominis. In uirtute dei secun-
Lucę 1 dum spiritum sanctificationis, quo Mariam sanctificare dignatus est. Vt ait ei angelus. Spiritus sanctus super ueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ex
Col. 1 resurrectiōe mortuorum Iesu Christi domini nostri.
Apoc. 1 Vt ipse esset in omnibus primatum tenens, ut prior omnium incorruptibilis de sepulchro resurgeret, & nobis uiam resurgendi aperiret. Non omnibus sed specia
tuo-

liter in se credẽtibus. Siue aliter. Ex resurrectione mor tuorum: quia ad hoc ipse filius dei in hunc mundum ue nire dignatus est, ut omnes in se credentes resuscitaret ad uitam, et nos qui eramus mortui in peccatis, per pœ nitentiam & confessionem delictorum nostrorum re surgeremus ad uitam. Nos uero fratres charissimi, ista cogitantes cum timore dei, iugiter nos ab omni labe peccati de cętero obseruare studeamus: ut & natiuita tẽ dñi nostri dignis obseruare obsequijs, cũ omni gau dio & effectu celebrare possimus. Filius dei sua magna misericordia, nostris nullis meritis præcedentibus, fi lius hominis fieri uoluit, nosq́; fecit esse filios dei: si ui tam nostram omni diligentia omniq́; circumspectio ne, & omni solicitudine, à fallatia & seductione diabo li, bonorum actuũ moribus custodiamus. Monet ipsa Maria quæ credendo concepit Christum, ut nos cre dendo peruentiamus ad illum. Credamus illum regnã tem in cœlis, qui pro nobis natus est in terris. Per il lum liberati sumus à seruitutis iugo, per illũ reconcilia ti sumus deo patri, nõ meritorum nostrorũ gloria, sed miserationis eius gratia, qui cum deo patre unà cũ spiri tu sancto manens in gloria, & regnãs in secula, Amen.

Ioan. 11 Rom. 6 Tit. 3 2. Cor. 12 Heb. 5 Luc. 1 Rom. 5 Tit. 3

¶In nocte sancta, lectio epistolæ beati Pauli apo stoli ad Titum 2.

CHarissime, Apparuit gratia saluatoris nostri o mnibus hominibus, erudiens nos ut abnegan tes impietatem, & secularia desideria, &c.

Homilia lectionis eiusdem.

IN honore dominicæ natiuitatis fratres charissimi, noctis uigilias celebramus. Et nõ immerito. Hac e nim nocte deus pater omnipotens unicum filium suum huic mundo ad succurrendũ transmisit, ut idem fieret hominum liberator, qui fuit creator. Qui qui-

dem per uirginis uterum adſumpta noſtræ fragilitatis carne, naſci dignatus eſt in mundo. Cuius natiuitas hodie per totum mundũ, à fidelibus celebratur, ut nũc etiam in præſenti lectione apoſtolica audiſtis. Ait de eo ita beatiſſimus apoſtolus Paulus. Apparuit enim gratia ſaluatoris noſtri omnibus hominibus. Dicit enim apparuiſſe gratiam ſaluatoris noſtri, id eſt, dei magna clementia apparuit in mundo, quando ipſe deus

Ioan.1 dei filius, qui erat in ſinu patris ante omnia ſecula deus, coæqualis per omnia patri, ita diuinam potentiam ſuam temperauit, ut ipſe propter noſtram ſalutem homo fieret, & idem eſſet deus & homo, et mundum perditum & ſub iugo diaboli mancipatum liberaret, atq; ſuo ſubiugaret dominio. Erudiens nos, ut abnegantes omnem impietatem, & ſecularia deſideria. Nullum enĩ hominem excepit Chriſtus dei filius. Quin omnes ſicut per ſuã ſanctam gratiã uenit redimere, ita omnes qui uoluerint ei obedire & credere, ad regni cœleſtis requiem erudiendo perducet: Omnibusq; uitijs uult nos abrenuntiare, abnegare etiam ſecularia deſideria quod omne deſiderium carnale accipimus, omnẽmque concupiſcẽtiam mundi. Sobrie & iuſte & pie uiuamus in hoc ſeculo, perfecte in omni opere bono ambulantes, ea quæ dei ſunt cogitantes, atq; ea quæ in ęternum nobiſcum permanere cupimus: id eſt, uiaticum nobis æternæ uitæ omni ſtudio præparemus. Iuſte uero & pie dicit, id eſt, ut tantum iuſticiæ ſequamur opera & miſericordiam ſemper in omnibus iuſticiæ iudicijs ſuperexaltare non obliuiſcamur. Expectantes ã beat ſpẽ & aduentũ glorię magni dei & ſaluatoris noſtri. Omni ſolicitudine et prouidentia bonorum actuum fructum præſtolantes, beatam ſpem remunerationis æternę, ſiue etiam magno amoris præmio accẽdamus inuicem,

& ex-

& exhortemur ad profectū melioris uitæ & ad emen 2.Cor. 11
dationem horum quæ delinquimus, & maximam cu- 1.Tim. 5
ram habeamus, ne incidamus in muscipulam uel la- 1.pet. 5
queum diaboli, qui mille habet artes nocēdi: ut omni-
modis caueamus uersutias eius, & ea quæ colimus, eo
ingrediente mala perpetrauimus, digna pœnitentia in
luctu & lamentatione, humili confessione defleamus:
& sordes prauorum operum operibus iustitiæ & mi- Rom.6
sericordiæ, cum eleemosinarum largitate, orationum Lucæ 11
ac uigiliarum instantia, cum metu & tremore sanctæ
ecclesiæ limina frequentando, abstergamus à nobis in
sanctitate et mansuetudine. De cætero uitam nostram
custodiamus, ut læti atq; gaudentes secundum saluato Mat. 24
ris domini nostri Iesu Christi aduentum expectemus, Lucæ 21
quando ueniet omnibus per uniuersum mundum gen Marci 15
tibus, iudicare et reddere unicuiq; secundum opera sua. Mat. 16
Nos quoque cum sanctis & electis eius tunc regni cœ Rom. 2
lestis præmia percipere mereamur: Ipso præstante &
adiuuante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre
& spiritu sancto uiuit & regnat deus per omnia secu-
la seculorum, Amen.

ALIA LECTIO.

¶Lectio epistolæ beati Pauli apostoli, Ad Titum 3.

CHarissime apparuit benignitas & humanitas sal uatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, & cæt.

Homilia lectionis eiusdem.

MErito dilectissimi uenerabiliter celebranda est saluatoris nostri natiuitas, in qua deus sine initio & sine fine dei filius, manens cum pa- tre in æternitate: pro redemptione humani generis ho

mo fieri dignatus est, sicut in pręsenti lectione apostolica audistis. Dicente apostolo: Apparuit enim benignitas, & humanitas saluatoris nostri dei, id est, magna dei misericordia apparuit in mundo fidelibus, & dei potentiam cognoscere uolentibus, ut qui credere humanam Christi in carne natiuitatem, & uenerari fideliter pia deuotione uoluissent, gratia & misericordia dei hominis Christi domini ab omnibus liberentur angustijs præteritis, præsentibus & futuris. Nullis unquam humani generis pręcedentibus meritis, sicut idem dicit apostolus. Non ex operibus iusticiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Vera enim iustitia est ut obediat homo deo, qui fecit illum. Quod Adam minime pręcauēs, de paradiso eiectus est & omne humanū genus post se in magnam huius mundi detrusit miseriam: ita ut malignis spiritibus potius quam domini sui obedierit pręceptis.
Nam iustitia est ut diximus, ut deo seruiat homo con-
Rom. 6 ditori suo, & animus imperet corpori, ne nociuis consentiat delectationibus carnis: ne humana quidem ratio uitijs subdatur nociuis: ut ne cuiquā seruiat homo
Lucæ 16 nisi deo soli: & ita iustus quisq; uiuat ex fide, quæ per
Mat. 6 dilectionem monstratur. Deum solum & uerum per-
Gal. 5 fecte diligere, & proximum suum sicut semetipsum.
Lucę 10 Qua tamen iustitia, dum humanum careret genus, mi
Mat. 22 sit deus filium suum coæternum & consubstantialem
Ioan. 1 per omnia sibi in diuinitate, & humanam fecit suscipere formam, & ita per misericordiam suam saluum facere dignatus est genus humanum, ut præsens lectio retulit. Per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nobis abunde, per Iesum Christum saluatorem nostrum. Sicut ipse ait in euan-
Ioan. 3 gelio. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto

non

non poteſt introire in regnum dei. Per baptiſmum ergo peccata omnia dimittuntur, & regni cœleſtis aditus aperitur. Per baptiſmum ergo peccato morimur, & Chriſto conuiuimus. Vitę priſtinę ſepelimur, & nouæ uitæ reſurgimus. Nunc ergo chariſſimi gratia & miſericordia filij dei, hęredes regni cœleſtis, cohęredes quidem Chriſti. Conſiderate benignitatem dei: perpendite miſericordiam conditoris noſtri: & tantorum ne ſitis ingrati beneficiorum eius: Præbete ei ueſtræ obedientiæ ſedulitatem, qui nobis tantam præſtitit dignitatem. Hunc diem læti ſolenniter celebremus, ut æternum diem, per eum qui nobis æternus in tempore natus eſt, percipere mereamur, & lumen eius æternum uidere, ipſo auxiliante & largiente domino noſtro Ieſu Chriſto, qui uiuit & regnat in unitate ſpiritus ſancti, Per omn.

Rom. 6

Rom. 8

Heb. 2.

¶ In die natal. domini, lectio epiſtolæ beati Pauli apoſt. ad Hebræos, cap. 1.

FRatres, Multifarie multiſq; modis olim deus loquens patribus in prophetis: Nouiſſimis diebus iſtis locutus eſt nobis in filio ſuo, quem conſtituit hæredem uniuerſorum, per quem fecit & ſecula, &c.

Homilia lectionis eiuſdem.

SAnctam ac deſiderabilem toto mundo glorioſamq; natiuitatem domini noſtri Ieſu Chriſti, fratres chariſſimi, hodie celebramus, quę ante omnia ſecula apud deum erat prędeſtinata: hodierno eſt tempore huic ſeculo præſentata. De qua nunc eſt etiã apoſtolica lectio recitata. Multifarie, inqt, apoſtolus multiſq; modis, olim deus loquens patribus in prophetis: Nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio ſuo, quem conſtituit hæredem uniuerſorum, per quem fecit & ſecula. Semper quidem dilectiſſimi diuerſis modis lu-

dis humano generi benignitas diuina consuluit,& plurima pietatis suæ munera condonauit. Sed in nouissimis temporibus omnem abundantiam solitæ benigni-
Lucæ 7 tatis excessit, quando in Christo ipsa ad peccatores misericordia, ipsa ad mortuos uita descendit. Cum filius
Ioan. 1 dei coæternus & coæqualis per omnia genitori in unitate deitatis, naturam nostræ humanitatis adsumpsit, ut deus de deo natus, idem etiam homo de homine nasceretur. Et quia omnia quæ sunt creauit ut fierent, ipse etiam in homine crescere, nasci, & mori pro omni nostra uita & salute non dubitauit. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portansq; omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens. Ipse
Ioan. 5 enim est splẽdor patris in diuinitate, qui sui patris uoluntatem in hoc mundo complere, & eius gloriam omnibus credentibus reuelare descendit, cuius in diuinitate una est & eadem cum patre substantia. Ipse enim homo fieri dignatus est, ut hominem quem plasma-
Ioan. 10 uit, de peccato et morte eriperet sempiterna. Ipse etiam per crucem & passionem suam mundum perditum à diabolo liberauit. Longa etenim & occulta sua promissa, quæ Christus suo impleuit aduentu, sicut tunc paucis credentibus profuerãt facienda, ita etiam omnibus postea fidelibus proderunt effecta. Iam ergo nos non signis neq; imaginibus, ad fidem ducimur, sed euãgelica atque apostolica confirmati doctrina, quod fa-
Mat. 16 ctum credimus, uenerari & imitari debemus. Quid est autem aliud Christum imitari, quam eius præceptis,
1. Ioan. 2 quantum ipse dederit posse, libentissime obedire? Vnde ait Ioannes. Qui dicit se in Christum credere uel in ipso manere, debet sicut ipse ambulauit & ille ambulare. Non in accusatione luxuriæ non in mundana delectatione, non in carnali etiam uoluntate, sed tantum in spi-

Imitari Christũ quõ debeamus.

In ſpiritali deuotione. Agnoſce ergo ô Chriſtiane di- 2.Pet.1
gnitatem tuam, & diuinæ conſors factus naturæ caue Dignitas
in ueterem malitiam peccati incidere. Memento capi- Chriſtia-
tis tui Chriſti, & cuius ſis membrum reminiſcere, qui norum.
ereptus de poteſtate tenebrarum, tranſlatus es in dei lu Epheſ. 4
men & regnum. Per baptiſmatis ſacramentum, ſpiri- Col. 1
tus ſancti factus es templum. Noli ergo tantum habi- Tit. 3
tatorem prauis de te actibus effugare, & diabolicę ite 1.Cor. 6
rum ſeruituti ſubijcere, quia preciū tuum ſanguis eſt Chriſti, qui in ueritate te iudicabit, quia miſericordia ſua te redemit Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui cum patre & ſpiritu ſancto unus deus uiuit & regnat deus in ſecula ſeculorum Amen.

¶ In natali S.Stephani, lectio Actuum apoſt.cap.6.

IN diebus illis. Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & ſigna magna in populo. Et reliqua.

Homiliæ lectionis eiuſdem.

BEati martyris Chriſti Stephani annuam feſtiuitatem celebremus fratres chariſſimi, quem dominus noſter Ieſus Chriſtus glorioſam mortem primum poſt ſe uoluit pati, ut in præſenti lectione actuum apoſtolorum cum legeretur, audiſtis. Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & ſigna magna in populo. ςέφανος Gręce, Latine corona dicitur. Congruit ergo eius uocabulum merito: ςέφανος
quoniam qui corona nuncupabatur in ſeculo, æternam glorię coronam primo poſt dominum paſſus meretur in cœlo. Plenus enim ſpiritu ſancto et uirtute dei dicitur non amans mundum periturum, ſed diligens deum cum quo manſurus eſt in ęternum. Viriliter pro domino rege pugnauit, & ideo feliciter triumphauit. Cum autem coram multitudine Iudeorum, prædicabat

bat sanctum euangelium, surrexerunt quidam de syna
goga infidelium Iudęorum disputantes cum Stepha-
no, & non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui
2.Cor.6 loquebatur in eo. Quia in armis iustitiæ indutus erat,
à dextris & à sinistris. Ne corrumperetur huius mun
di prosperis, arma iustitiæ habuit à dextris: arma iusti
tię à sinistris habuit, ne frangeretur ab aduersis. Audi-
entes autem hæc dissecabantur cordibus suis, & stride
bant dentibus in eum. Cum autē esset Stephanus ple-
nus spiritu sancto, intendens in cœlum, uidit gloriam
dei, & Iesum stantem à dextris dei & ait. Ecce uideo
cœlos apertos, et filium hominis stantem à dextris uir
tutis dei. Exclamantes autem uoce magna continue-
runt aures suas, & impetum fecerunt unanimiter in
eum. Et eijcientes eum extra ciuitatē lapidabant. Ipse
autem inuocabat dominum dicens. Domine ne statu-
as illis hoc peccatum. Audierat enim dominum dicen
Mat.5 tem. Diligite inimicos uestros: benefacite his qui ode-
runt uos: & orate pro persequentibus & calumnian-
tibus uos. Hoc etiā antequam pateretur fecit, cum eos
ad fidem Christi trahere curauit. Hoc & cum patere-
tur impleuit, quia pro suis ꝑsecutoribus sicut ipse Chri
stus, orauit. Lapidabant autem eum sæuientes Iudæi,
sed ille adeptus est regnum dei. Aderat & Saulus lapi
dantium uestimenta conseruās, omniumq́ꝫ animos ad
necem instigans. Tunc feritas & charitas acrius dimi-
cabant. Feritas ardebat in Saulo, charitas feruebat in
Stephano. Stephanus autem ut Sauli animam libera-
ret, dominum postulabat. Hic agnoscamus fratres,
quantum ualet oratio charitatis, uel quantum possit
benignitas iustis, quæ indulgentiam promeretur iniu-
stis. Exauditus est enim Stephanus, et liberatus est Sau
lus. Exauditus est pius, & iustificatus est impius. Nam
si Ste-

si Stephanus nō sic orasset, ecclesia Paulum hodie non haberet. In istis ergo duobus sanctis, geminum nobis monstratur nostræ salutis indicium: Vt qui bonus sit, imitetur perseuerantiam charitatis in Stephano. Qui autem malus sit, sectetur exemplum conuersationis in Paulo: et qui bonus sit in eo usque in finem perseueret. Qui autem malus sit, citius de sua prauitate discedat. Nos autem charissimi istorum imitemur exempla sanctorum, ut in omnibus nobis crescat ædificatio spiritalis. Perseuerantiam Stephani imitentur boni. Conuersationem Pauli imitentur & mali. Isti fugiant malignitatem: illi custodiant charitatem. Isti recedant ab operibus malis: illi proficiant in operibus bonis. Per Iesum Christum. Sancti nobis in exemplum dantur.

¶In natali S. Ioannis, lectio epistolæ beati Pauli apost. ad Ephesi. cap. 1.

FRatres, Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. Et reliq.

Homilia lectionis eiusdem.

DOcet nos & exhortatur Apostolus fratres charissimi, in laude dei, atque in benedictione eius esse semper intentos: & benedictionem quam accepimus à deo, sanctis & bonis actibus custodire, ut in præsenti lectione audistis. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi. Quomodo secundum substantiam atque naturam deus bonus, nos communione gratiæ suæ efficit bonos: ita ipse benedictus, nos præstat esse benedictos. Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. Non in una benedictione, sed in cunctis spiritualis gratiæ benedictionibus: in sermone ueritatis: in sapientia diuinæ cognitionis: in feruore charitatis: in spe æternę beatitudi-

titudinis: in charitate fidei in cæterisq; uirtutibus, ut côuersatio nostra non in terrenis sed in cœlestibus sit:
Philip.3 Et dum in hac terra simus, thesaurisemus nobis operi-
Mat.6 bus iustitiæ, & pietatis, thesaurum non deficientem in cœlis. Sicut elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius. Ante mundi constitutionem, ut essent sancti & electi coram deo, & prædestinati fuerunt apostoli, & successores eorum prædicatores sancti, qui mittendi fuerunt ad eruditionem et magisterium peccatricium animarum, ut per prædicationem eorum conuerterentur à malo, & ad prçmia æternæ beatitudinis, per bono-
Mat. 22 rum actuum studia, festinarent. Quorum nos esse consortes oportet in spe, fide, & charitate, diligentes deum ex toto corde, tota anima, tota uirtute, & proximos nostros sicut nosmetipsos, ut simus sancti & immaculati coram deo per opera pietatis & misericordiæ. Mundantes nos ab omni malo confessione, & pœnitentia omnium delictorum, sanctos nos dignis deo, & moribus sanctis præparemus. In charitate prædestinauit nos, in adoptionem filiorum per Iesum Christū. Non enim antea filij dei sumus, nisi fidem & intelligentiam recipiamus. Ille quidem natura filius dei est, nos uero adoptione per gratiam & misericordiam dei, si placitis deo ad hoc moribus efficiamur, in laudem glorię & gratiæ suæ. In qua gratificauit nos in dilecto filio suo,
2.Pet.1 id est, ut operari bona quæque possimus omni studio
Col. 3 & deuotione iugiter satagemus, & omne quicquid bo
1.Cor. 10 ni facimus ad dei laudem & gloriam faciamus: Vt no-
Mat.5 men dei semper per nostra opera bona glorificetur, quia adhoc nobis diuina gratia largiatur. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, in remissio-
Osee 13 nem omnium peccatorum. Christus enim non solum nos

nos proprio suo sanguine de æterna morte redemit, sed etiam peccatorum remissionem dedit, & sine nostro labore iustos nos fecit, & quotidie facit per baptismum uel per confessionem, nec non & per eleemosynarum largitatem, si nos pigri non sumus, ipsam custodire iustificationem. Qua propter dilectissimi studeamus pijs & iustis operibus dignos nos deo exhibere, ut nobis illa cœlestis & æterna gloria conferatur. Abstineamus nos ab omni opere malo, ab odio, ab inuidia, ab inimicitijs, à fornicatione, à furto, ab homicidio, & cæteris his similibus. Simus autem benigni, humiles, modesti, mites, ea semper operantes quę in sanctis suis diligit deus: ut possimus cũ sanctis eius ad ęternam gloriam peruenire. Quia ergo tanti ac talis apostoli natalis est hodie, memoriam eius digno honore celebremus, ut precibus eius adiuti ad æternam illam gloriam quę sanctis dei præparata est, peruenire possimus, per Christum Iesum. Cui est honor, & gloria, in secula seculorum, Amen.

¶In natali Innocentum.

Hodie Fratres charissimi natalem illorum infantium colimus, quos ab Herode crudelissimo rege interfectos esse legimus, & audiuimus, & ideo cũ summa exultatione gaudeamus: quia tam profanus hostis, nunquam sic beatis paruulis prodesse potuisset obsequio, quantum profuit persecutionis odio. Nam sicut sacratissima præsentis diei festa festant: quanto plus contra beatos paruulos Herodis iniquitas sæuit, tanto maiorem eis gratiã æternæ beatitudinis prę parauit. Digne tamen natalem illorum colimus, quos beatiųs æternæ uitæ mundus ediderat, quàm maternarum partus uiscerum effuderat. Quia mundo quos matres ad pręssuras, & tribulationes pariebãt, eos ad ęter

næ uitæ gaudia etiam non loquentes mundus transmā ferat. Siquidem ante perpetuæ uitæ adepti sunt gloriā, quàm præsentis huius præciperēt notitiam: & ideo dignū est interfectis pro Christo infantibus honores impēdere: quia Christus ipse qui fuit eis causa pœnæ, ipse etiam eis extitit causa læticiæ sempiternæ. Ergo fratres si uolumus Christo adhærere, careamus malignitate, ac teneamus ueram simplicitatem, ut mereamur à domino accipere perpetuā pietatem. Ad conuersionem seu correctionem mortalium, multum prosunt exempla bonorum. Propterea enim uirtutes sanctorum, ad exemplum nostrum deus proposuit, ut quanto de imitatione eorum cōferri possint nobis iustitiæ præmia, tanto de perseuerantia malis sunt grauiora tormenta. Si enim ad boni incitamentum diuina quibus admoneremur præcepta deessent: pro lege nobis sanctorum exempla sufficerent. At contra dum & deus nos præceptis suis admoneat, & uitę sanctorum boni operis nobis exempla proponat, nulla est iam de reatu excusatio: quia & lex dei aures nostras quotidie pulsat, & factorum documenta bonorum cordis nostri intima prouocant. Et si prauorum sæpe secuti sumus exempla, cur non imitemur sanctorum digna & deo placita facta? & si apti fuimus imitari iniquos in malum, cur pigri sumus imitari iustos in bonū? Orandus est deus, ut uirtutes quas sanctis præparauit ad coronam, nobis ad profectum sint positæ non ad pœnam. Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quisque ualeat postulata. Hoc est autem si quisque adhuc mala committit: aut si delinquēti in se debita non dimittit. Quod geminum malum dum quisque à semetipso absterserit, protinus securus studio orationis incumbat, & ad ea quæ impetrare precibus cupit, mentem

Exempla sanctorum utilia bonis & malis.

Orationē quid inutilem reddat.

Mat. 18

tem libere erigat. Qui læditur non desistat orare pro se lædentibus. Aliôquin (sicut iuxta dei sententiam.) uulneri medicamentum, si adhuc ferrum in eo sit, non proficit: Ita nihil proficit oratio illius, cujus adhuc dolor in mente, uel odium manet in pectore. Tantus esse debet orantis erga deum affectus, ut non desperet precis effectum. Inaniter enim oramus, si spei fiduciã non habemus. Petat ergo (ut Apostolus ait) unusquisq; in fide nihil dubitans. Nam qui dubitat, similis est undę maris quæ uento fertur, atque dispergitur. Non enim potest habere precis certã fiduciã, qui adhuc in præceptis dei pigritat, & peccati recordatione delectatur. Qui à præceptis dei auertitur, quod in oratione postulat non meretur. Nec impetrat ab illo bonum quod poscit, cuius legi non obedit. Si enim id quod præcepit facimus, id quod petimus sine dubio obtinemus. Per dominum nostrum Iesum Christum qui uiuit & regnat cum. Mat. 5 Iacobi 1

¶Dominica I. post natal. domini, lect. epist. bea. Pauli apost. ad Galat. ca. 4.

FRatres, Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium. Sed sub tutoribus & actoribus est, usque ad præfinitum tempus à patre, &c.

Homilia lectionis eiusdem.

APostolica lectio quã modo audistis fratres charissimi, Christi nobis incarnationem, quã pro redemptione humani generis suscipere dignatus est, insinuat cum ait. [Dico autẽ, quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium: Sed sub tutoribus & actoribus est, usque ad præfinitũ tempus à patre.] Hęres iste paruulus qui nihil differt à seruo, totum humanum genus usque ad

consummationem mundi significat. Quomodo enim in protoplasto omnes immortalitatem perdidimus per præuaricationem eius, omnesq; serui sumus pecca-
Rom. 5 ti & mortis, quousque per baptismum renascimur, & sic immortalitatis promissa accipimus, si post baptisma nos à peccatis obseruamus. Nam si post baptisma
Baptism⁹ non reite randus. in peccatum prolabimur, sine qua impossibile est humanæ fragilitati consistere. Non tamen ad immortalitatem iterũ per baptisma possumus reformari, sed per fontem lachrymarum, simulq; per pœnitentiam & cõfessionem, eãdem possumus adipisci immortalitatem per gratiam & misericordiam dei. Tutores quoque & actores quos dicit, sub quibus nos constat seruire usq; ad præfinitum tempus à patre: prophetę & doctores possunt intelligi, à quibus erudiebantur patres nostri, & à quibus nos quotidie erudimur in sancta ecclesia per prædicationem eorum, donec ad perfectam usque ætatem uiri in bonorum operum consuetudine educamur. Vel quousq; perfecte Christi domini nostri imitemur exempla, per quæ ad ueram & æternam possimus libertatem uenire, atque æternæ hæreditatis per Christum dominum nostrum mereamur esse consortes. Quia propter magnopere debemus uerba diuinæ autoritatis audire, et intelligere, quibus ad uitam erudiamur, simulq; quæ audiuimus, uel intelligimus, operibus adimplere curemus, ut hæredes regni cœlestis effici mereamur. [Ita & nos cum essemus paruuli, sub elemẽtis huius mundi eramus seruientes.] Quamdiu enim paruuli sumus, id est, imperfecti in fide, uel opere dei, mundo huic uel etiã creaturæ seruimus non creatori, sicut & patres nostri fecerunt. At ubi uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret.

ret.] Cum autē diuina misericordia uoluit humanum genus longius esse sub peccato & morte, neque sub potestate diaboli, misit deus filium suum factum ex muliere. Diligenter intelligendum est, quia non dicit factum per mulierem, sed factum ex muliere. Ac si diceret. Quod per mulierem, hoc fit ex uiro factum, & per fœminā. Nam ex muliere, solus Christus dei filius conceptus de spiritu sancto, solus sine uirili coitu natus ex uirgine matre. Ecce qualiter deus uerus natus est uerus homo, factus sub lege qui legis est autor. Quare? ut eos, id est, omne humanum genus qui sub lege peccati & mortis erant redimeret, ut adoptionem filiorum dei reciperemus. Vt Ioānes ait: Ideo natus est deus homo, ut nos homines per eius gratiā & misericordiam renasceremur ex deo. Credendo enim in deum & renati in deo per baptismum adoptionem filiorū dei reciperemus. Quotquot autem crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Quid est filios dei fieri, nisi immortales simul cum deo dei filio, hæredes quidem esse dei, cohæredes autem Christi? Vnde in ipsa sequitur lectione. [Quoniā autem estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem abba pater. Itaque iam non est seruus sed filius. Quod si filius & hęres per deum.] Cum autem in baptismo per fidem remissionem omnium consequimur peccatorum, per spiritum sanctum quē recipimus, liberamur à seruitute peccati & mortis, & filij efficimur dei, hæredesq; regni cœlestis: Ideoq; dilectissimi diligenter intuendum est, ne nos iterum per malam consuetudinē peccati mancipemur in seruitium diaboli, unde nos preciose sanguine suo Christus redemit. Sed omni intentione, pio studio, summaq; deuotione, in dei uoluntate, corde, & opere iugiter, fideliterq; nos exercentes:


Lucæ 1

Ioan. 1

Rom. 8

Ephes. 5

1. Ioan. 3



Hæredes regni cœlestis cum Christo & sanctis eius effici mereamur, gratia & misericordia dei largiente. Qui uiuit &c.

¶In Circuncisione domini, lect. epist. bea. Pauli apost. ad Timotheum 1. Ti. 1

CHarissime, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus uenit iu hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum: sed ideo misericordiam consecutus sum, &c.

Homilia lectionis eiusdem.

AVdistis in lectione apostolica fratres charissimi Paulum egregium prędicatorem dicentē dilecto filio suo Timotheo. [Fidelis sermo et omni acceptione dignus, quia dominus Christus uenit in hūc mūdum peccatores saluos facere.] Venit enim fidelis & omni mundo acceptabilis sermo. quia gratuita misericordia sua nullis humanis præcedentibus meritis, uenit Iesus saluos facere peccatores. Venit ergo charissimi ad errantes uia, ad reos iudex, ad ægrotos medicus, ad mortuos uita, descendit ad nos liberandos
Ioan. 14 Christus uita nostra & uia, sicut ipse ait: Ego sum uia, ueritas & uita, ut possimus ad æternam ascendere ui-
Oseæ 15 tam. Venit iudex qui mortem puniret, & hominem à diabolo seductore uindicaret. Venit medicus ut infirmitates omnium extingueret, & peccatorum nostrorum remissionem perpetuamq; nobis salutem donaret. Venit ad nos uita, descenditq; ad inferna, ut exinde occisa morte diaboloq; triumphato, & in tartarum religato, mortuos liberaret. Vnde fratres amemus dominum nostrum, eiusq; misericordiam quantum possumus dignis moribus & bonis actibus collaudemus,
Psal. 106 quoniam bonus, quoniam in secula misericordia eius. Qui tanta nobis tamq; immensa beneficia peccatoribus,

bus condonauit, non solum ueniam peccatorum, sed etiam gaudia regni cœlorum, qui non solum iustos, sed etiam peccatores uenerat liberare. De quibus se primum esse, id est, de peccatoribus saluatum dicebat Apostolus, ut audistis, [quorum primus ego sum.] Secundum dictum Salomonis aiens. Iustus in primordio sermonis, accusator sui est. Ideo enim se Apostolus peccatorem nominauit, quatenus peccatoribus adipiscendę salutis confidentiam præberet: nullumq́ꝫ qui cō uerti à malis uoluisset, de salute uel uenia diffidere debere. Cum ipse de persecutore in apostolum sit repente mutatus. Vnde sequitur. [Sed ideo misericordiā cōsecutus sum, ut in me primum ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi in uitam ęternam.] Vt ipse dominus ait: Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores. Et Dauid propheta: Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. Quasi diceret. Si mihi uiderint indulta peccata, tunc docebo neminem desperare debere de uenia. Cum enim peccatori conuerso non solum indulget, sed etiam præmia regni cœlorum promittit, & in bono perseuerantibus tribuit. [Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli deo honor & gloria, in secula seculorum,] qui mihi ueniam tribuit non merenti. Et ideo fratres charissimi si in Christo uolumus esse, qui nos suo proprio sanguine redemit, debemus sicut sanctus Ioannes apostolus dicit. Quomodo ille ambulauit, & nos spiritaliter ambulare. Quid est ambulare sicut ille ambulauit, nisi cōtemnere omnia prospera quæ contempsit, non timere aduersa quæ pertulit, libenter facere quæ fecit, fieriq́ꝫ quæ mandauit, sperare quæ promisit, & sequi quo ipse pręcessit, pręstare beneficia etiam ingratis, non retribuere secundum meri

Mat. 9

Proue. 18

Ezech. 18

Matth. 9

Psalm. 50

1. Ioan. 1.

Ambulare ut Christus, quid sit.

ta sua maleuolis,& orare pro inimicis, amare bonos, misereri peruersis, inuitare auersos, suscipere in charitate conuersos, & ęquanimiter pati subdolos ac superbos? In hoc etiam maiora & sine fine habenda recepturi sumus, si perseueranter eius uestigia teneamus, ipso auxiliante domino nostro Iesu Christo. Qui uiuit.

Homil. in die sancto Epiphan. domini.

SOlennitas diei præsentis fratres charissimi, manifestatio est domini nostri Iesu Christi, quam propterea hodie uenerabiliter celebrare debemus: quoniam in isto die dicitur à magis ab oriente uenientibus, adoratus, uel quod in eo dominus ipse à Ioanne in Iordane baptizari uoluit, uel quia ad nuptias inuitatus hodierno die uinum fecit ex aqua. Et ideo triplex est ratio huius festiuitatis, in qua manifestum etiam mysterium sanctissimum trinitatis. Debemus tamen charitati uestræ, uel unam ex his paucis uerbis edisserere rationē. Magi quippe statim hora natiuitatis domini, ortam in oriente nouam stellam uiderunt, & eum adorādum diuina commoti illuminatione Hierosolimam cucurrerūt. Et quia stellam nouam uiderant, uerum regem mundo aduenientem nunciare currebant. Quid igitur tres magi isti de longinquo ad Christum stella ducente festinātes designant, nisi primitias gētium in unam sanctā & ueram trinitatē credituras, ad ipsumq; deuotissime precturas? In natiuitate igitur sua Christus dominus noster pastoribus & angelis suę humanitatis ueram demonstrauit infantiam. In ista autem solennitate gentibus dignatus est primum suæ dietatis reuelare potentiam. Quid igitur hoc significare dicimus, quod Iudęis ut Christum uiderent natum angeli nunciabant, magis autem, id est, gentibus, ut ad Christum uenirent, de cœlo stella mōstrauit, nisi quia ipsi-

ipsius domini nostri Iesu Christi Iudæis ostensa est humilis infirmitas carnis, gẽtibus autem reuelata est excelsa gloria dietatis. Magi autem ducatu stellæ peruenientes ubi erat Christus, intrantes domum (sic ut euãgelium narrat,) inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurũ, thus & myrrham. In his autem muneribus mysterium uidemus ueræ fidei contineri. Munus uero auri: regem uerum demonstrat dominum Iesum Christum. Non qui nummum aureum, sed qui in ipso homine suam imaginem quęrit recta fide, & sancta ornatum conuersatione. In thure autem sacrificium cognoscitur Christi, in quo ipse uerus deus & uerus homo uerusq; pontifex pro nostra redemptione immaculatam se hostiã obtulit deo: & sanctum & preciosum sanguinem pro nostra fudit salute. Myrrha autem insinuat eum secũdum ueritatem carnis, quam mortalem accepit ex nobis, uere pro nobis moriturum: uere etiam pro nobis resurrecturũ. In Christo nobis est uera libertas, uera mundatio, uera uita, et felicitas sempiterna, qui nos regia fortitudine liberauit: põtificali sanctitate mundauit, & temporali sui corporis morte, de potestate nos æternæ mortis eripuit. Nos autem fratres, Christo domino nostro pro nostra salute eadẽ incessanter munera spiritualiter offerre debemus. Aurum scilicet, id est, sapientiam rectæ fidei: sanctam, & perfectam trinitatem, patrem, & filium, et spiritum sanctum unum deum credere. Thus uero, id est, opera misericordiæ & pietatis, quæ omni sacrificio deus ipse præposuit dicens. Misericordiam uolo magis quàm sacrificium. Myrrhã quoque, id est, mortificationem in nobis terrenæ concupicentiæ & non solum ea quæ in mundo sunt non di-

Hebrę. 4
Ephesi. 5
Oseæ 6

 ligi

ligi propter Christum, sed etiam omnem præsentis ui tę dulcedinē, pro Christi amore cōtemnere, Ipsius igitur hodie manifestationem, non in epulis carnalibus,
Psal.49 sed sanctis moribus celebremus. Vt cum ipse deus manifeste uenerit, cum eo semper beate regnare mereamur, honoreturq́ à nobis sacratissimus deis, in quo salut is nostræ autor manifeste apparuit, & quē magi infantem uenerati sunt in cunabulis, nos omnipotentem deum adoremus in cœlis, Iesum Christum deum ac dominum nostrum. Qui.

¶Dominica prima post Epiphan. lectio epist. beati Pauli apostoli, Ad Roman. cap. 12.

FRatres, Obsecro uos per misericordiā dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiā uiuentē, sanctā, deo placentē, rationabile obsequium uestrū. Et reliq.

Homilia lectionis eiusdem.

OBseruantiā cultus dei fratres charissimi, in præsenti lectione apostolica quam audistis aggreditur nos docere Apostol⁹, suosq́ mores nobis et instituta sanctire & ait. [Obsecro itaq fratres per misericordiā dei.] Ac si diceret. Obsecro uos non per potentiam, sed per misericordiam dei auscultare quæ doceo uos, quibus hostijs delectetur deus, quibusq́ potestis uos reconciliari deo. [Vt exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium uestrum.] Obsequium enim hic cultum dicit: qui cultus, quoniam dudum in pecudum oblatione mutorum consistebant. Nunc inquit in corpore rationabilis hominis offeratur: & corda ac corpora uestra, magis quam pecudum, fiant sacrificium deo, atque ad sacra altaria applicentur. Hi enim qui membra sua mortificant ab incentiuo libidinis ac furoris, & actus corporis sui deo placitos exhibent hostiam uiuentem,

Heb.15

tem, sanctam, deo placentem, rationabiliter offerunt, & legem sacrificiorum spiritualiter complent. Verbi causa, ut ubi offerebant uitulum primo in loco, secundo arietem, tertio hircum, quarto turtures, aut pullos etiam columbarum: ut in his uniuscuiusque anima purificaretur pro qualitate gestorum. Hanc nunc in suo corpore unusquisque purificans, & spiritualiter edifice-rens rationabili obsequio, uiuentē hostiam offert deo. Nam si superbiā corporis sui uincit: quasi uitulum immolet. Si iracundiam superat: ut arietem iugulet domino. Si libidinem uincit: ut hircum offerat deo. Si uagas & lubricas cogitationes resecát: quasi colūbas & turtures deo immolet. Viuentem autem hostiam accipimus, quæ uitam hoc est Christum in se gerit. Et dicit: Mortem Iesu in corpore nostro circumferimus, ut & uita Iesu in corpore nostro manifestetur. Sanctam autem dicit, in qua sanctus spiritus habitat. Deo placentem, utpote à peccatis & uitijs separatā. Taliter autem rationabilis cultus est dei. Potest etiā intelligi: quia dignū est tales deo hostias immolare. Sequitur: [Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri.] Hic ostendit esse aliam formam huius seculi, & aliam esse seculi futuri: quia qui amant præsens seculum, & ea quæ sunt in mundo, secundum formam seculi pręsentis aptantur. Qui autem terrena ista despiciunt, & cœlestia diligunt, & ea iugiter meditantur, ad futuri seculi formā tranformantur. Scito ergo, quia cum uenerit ira in cor tuum, uel etiam concupiscentia mala, aut auaritia, cæteraq́ꝫ quibus præsens seculum delectatur. Nonne formam tibi præsentis seculi imponunt? Si uero è contrario mansuetudo, patientia, lenitas, benignitas, bonitas, continētia, castitas, humilitas, ueritas, spes, fides, charitas, cæterę́ꝫ uirtutes habitent

Hostiam offerre uiuentē qd sit.

2. Cor. 4.

bitent in sensu tuo, conformem te futuro seculo faciũt: & ita pulchram animæ tuæ speciem reddunt. Renouatur autem sensus noster, cum abijcit uitia & peccata, & uirtutes in se inserit; renouaturq; per exercitia sapiẽtię, & agnitionis dei, per meditationem legis dei, per studium implendæ uoluntatis dei. Nec non & per exercitationem bonorum operum. Et quanto in his quotidie proficit, tanto quotidie deo proximatur, & habitaculum deo in corde suo dignus præparat. Sed uideamus quod sequitur. [Vt probetis quæ sit uoluntas dei bona, & bene placens, & perfecta.] Potest autem & tale aliquid in his sermonibus sentiri: quia quidem uoluntas dei semper bona est, sed non semper eius bona uoluntate nostra omnia dispensantur. Fit ergo aliquando, ut uoluntas dei consentiat iniquis concupiscentijs nostris: Sed qui renouatus est sensu deo, probare debet, si uoluntas dei hæc bona sit, & bene placita deo, & perfecta, & non talis quæ magis desiderijs nostris indulgeat, quàm æternis utilitatibus nostris consulat. Nã dei uoluntas mala esse nunquã potest, sed cum iniquitatibus etiam ad tempus aliquid consentit, ita dei uoluntas non est mala sed bona: quia ipsa semper ad bona omnes homines hortatur, & cupit proficere. Quanquã cum uolũtas dei sit quod nos non per omnia bene uolumus, non perfecta tamen, nec bene placita illius uoluntas est. Sed hoc solum bona uoluntas dei & beneplacita atque perfecta quicquid pro sola dei charitate agitur: uel quicquid ad dei laudẽ & gloriam pertinere uidetur: uel quicquid nobis ad ęternã animarum nostrarum salutem prope tendit. Igitur si uolumus dei in nobis perfectam & beneplacitam habere uoluntatem, Christũ in quo p baptismum renati sumus, & per quẽ in æternum uiuere cupimus, imitari debemus: id est,

Voluntas dei quæ sit.

mun-

mundo mori,& concupiscentijs eius. Et non secundũ 2.Tim.2
carnem quę ueterascit & moritur,sed secundum deum Rom. 8
uiuere, qui solus potest perseuerantes in se innouare
perenniter,& beatificare Iesus Christus.

Homilia in octaua Epiphan.domini.

HOdierna die fratres charissimi,ut audiuimus cũ lectio diuina legeretur, domin⁹ & saluator noster à Ioannę baptizatus est,& ideo non parua Matth.3 solennitas ista est,imò magna et maxima. Quando eñ dominus noster baptizari dignatus est, spiritus sanctus in specie colũbae super eum uenit,& uox patris audita est. Hic est filius meus dilectus,in quo mihi bene cõ placui. O quam magnũ in cœlesti baptismo mysteriũ. Pater de cœlis auditur: filius in terris uidebat: spiritus sanctus in specie colũbę monstratur. Quia uerũ baptisma non est,nec uera remissio peccatorũ, ubi trinitatis ueritas non est, nec remissio peccatorũ potest dari, ubi perfecta trinitas non creditur. Baptisma autem ecclesię unũ & uerũ est quod semel datur, quo qui semel intingitur,& mundus & nouus efficitur: mundus,quia deponit sordes delictorũ: nouus,quia in nouã uitam exurgit deposita uetustate peccati. Lauacrũ enim hoc baptismi candidiorẽ niue hominem facit. Non in cute corporis,sed in splẽdore mentis,& animę puritate. Aperti sunt igitur cœli in baptismo domini. Vt per lauacrũ regenerationis patêre regna cœlorũ credentibus mõstrarentur,secundũ illã sententiã domini. Nisi quis renatus Ioan.3 fuerit ex aqua & spiritu, non introibit in regnum cœlorum: Introit ergo qui renascitur,qui & baptismum custodire non negligit: & ita similiter non introit,qui renatus non fuerit. Quia ergo dominus noster nouũ baptisma dare uenerat,& omnium peccatorũ remissionem: prius ipse baptizari dignatus est, non ut peccata

Ephes.5 Tit.3

depo-

deponeret qui peccatum non fecerat, sed ut aquas baptismi sanctificaret ad delenda omnium peccata credentium per baptisma renatorum. Ille ergo baptizatus est aquis, ut nos per baptismum ab omnibus lauaremur peccatis. Qua propter dilectissimi considerandū est, & meditandū nobis solicite, qualiter post baptismi gratiam uiuere debeamus: qualiter ad diuina dona per obseruantiam mandatorum eius peruenire possimus.

1.Cor.3. 6. Considerare etiam debemus, quia membra sumus conditoris nostri, tēplum dei uiui, qui ab omni sorde uitiorū emūdatissimus per baptismū. Ideo seruiamus mūdo

Rom.6 & immaculato corpore deo, in obseruātia mandatorū eius. Caueamus ut nihil sordidū & immundum, tēplo

Rom.13 id est, corpori nostro inferamus. Vnde & beatus Paulus nos adhortatur & docet. Vt quicunque illuminati sumus Christi lumine per baptismum, ut tenebras nocturnæ conuersationis, id est, infidelitatis, & malitiæ fugiamus, et in factis et operibus luminis ambulemus: non in commessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus, sed in dei uoluntate corde & opere ambulemus. Nam si illustrauit sensus tuos splendor diei, & homo

Ioan. 8 esse lucis cœpisti, quæ uoluntatis sunt Iesu Christi age, quia lux et dies Christus est. Quid temetipsum mundi huius caligine rursus inuoluis? quid ad diabolum, cui renūciasti, reuerteris? quid scelere cæcatus uadis ut nesciens in gehennam, separatus à lumine Christi docen

Ioan.8 tis & dicētis. Ego sum lux mundi qui sequitur me, non

Seq Christū quid sit. ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Sequitur Christū, qui insistit mandatis eius qui imitatur illa quę Christus docuit & fecit. Sicut & Petr⁹ apostolus suadet, & præcipit dicens. Christus passus est pro nobis,

1.Petri 2 uobis relinquens exemplū, ut sequamini uestigia eius, & in uijs eius ambulemus. Et rursus apostolus Paulus.

salu-

salubriter nos docet dicens. Itaque fratres debitores su Rom. 8
mus non carni, ut secundum carnē uiuamus. Si enim se
cundum carnē uiuamus, moriemur. Si autem spirituali
cõuersatione facta carnis mortificamus, uiuemus. Si er
go filij dei esse cœpimus per baptismū in fide, accipien
tes spiritū sanctum, sancte & iuste spiritualiterq; uiua
mus. Deus aūt omnis gratię det uobis spiritum cõpun-
ctionis, ut percipiatis quæ dicūtur à nobis, secundū euā
gelium Christi domini nostri, Per quem deo patri ho
nor & gloria cum spiritu sancto in secula secul. Amen.

¶Domin. II. post Epiph. lectio epist. beati Pau-
li apost. ad Roman. cap. 12.

FRatres, Habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis differentes. Et reliqua

Homilia lectionis eiusdem.

DOnorum gratiæ spiritualis quæ à deo fidelibus impartiantur, commemorat in pręsenti lectione Apostolus, ut audiuit dilectio uestra. [Habētes (inquit) donationes secundū gratiam quæ data est nobis differentes.] Quod bonum, id est, gratiam sancti spiritus, quam in baptismo percipimus per fidē, uel etiam remissionem peccatorum omnium, non nostris meritis, sed misericordia conditoris nostri ac lar- Tit. 3
gitate consequimur ipsius. Et non solū hæc nobis gratia credentibus datur, sed æterna etiam gloria promittitur in futuro. Si tamen mundum & perfectum cor in dei uoluntate & opere habuerimus, ut tantam gratiam uirtutum in hac præsenti uita ad æternam salutem possidere mereamur. [Siue prophetiam secundum rationem fidei.] Propter fidem enim quisque meretur gratiā, non per ueteris legis opera, quia unusquisque tantum accipit, quantum credit. [Siue ministerium in ministrando.] Ecclesiastico etiam officio perfrui-

fruimur ad salutē, si dignis & sanctis hoc moribus ex
iubemus. [Siue q docet in doctrina. Qui exhortatur
in exhortādo.] Exhortari enim pro uiribus suis pos-
sunt etiā minus periti. [Qui tribuit in simplicitate.]
Qui gratiam sancti spiritus quam percipit, non ad hu
manos fauores uertat, neque gratiam inde humanam
Mat. 10 quęrat, nec eam sub precio redigat, sed simpliciter eam
omnibus gratis impendat. [Qui præest in solicitudi-
ne.] Qui præest ecclesiæ dei, uel fratribus, debet esse so
licitus. [Qui miseretur in hilaritate.] Maxime circa
ægrotos, uel delinquentes misericordia est placido ani
mo exhibenda. ut illi sanentur in corpore, & isti saluen
2. cor. 9 tur in anima. Hilarē em̄ datorē diligit deus, & tristem
odit sine dubio: quia bonus sermo super datum opti-
mum. [Dilectio sine simulatione. Odictes malum: ad-
hærentes bono.] Tota puritas debet esse in Christia-
nis, sicut deus eorum pura lux est. Simulatio enim ma-
1. Ioan. 3 lorum est. Vnde Ioannes ait: Non diligamus tantum
uerbo, neque lingua, sed opere & ueritate. [Charitate
fraternitatis inuicem diligentes,] ut ipse dominus &
Deuter. 6 in ueteri & item in nouo testamento pręcipit. Diliges
Mat. 22 proximum tuum sicut teipsum. [Honore inuicem prę
Roma. 13 uenientes.] Hoc si semper seruauerimus, & charitatē,
Galat. 6 & patientiam teneamus, ut alibi Apostolus ait: Alter
alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Chri
sti. [Solicitudine non pigri.] Cauendum est ne per so
licitudinem seculi, pigri in opere dei efficiamur, & in-
ertes. [Spiritu feruentes.] In dei semper & proximi si
mus charitate feruentes: quia frigidos dominus non
Apocal. 3 amat, & in tepidis nausiatur. Tunc plane spiritu fer-
uemus, si seculi delectationibus frigidi sumus: domi-
no seruientes, non seculo neque uitijs, sed domino soli.
[Spe gaudentes.] Aeternæ beatitudinis spe gaudea-
mus,

mus, non in præsentibus rebus, [In tribulatione patientes.] Propter spem uel uitę ęternæ gaudium, omnia huius mundi aduersa patiēter sustinere debemus, si ad æterna præmia peruenire cupimus. [Orationi instantes.] Instantia orationis auxilium nobis prę̄stat in aduersis. [Necessitatibus sanctorum communicantes.] Bonis nostris communicantes illis, qui propter Christum sua omnia contemnunt, atq; alienis indigent ministerijs. Siue etiam curam pauperum habeamus, ut Christus nobis retribuet in futuro. [Hospitalitatem Lucæ 14
sectantes.] Sicut & sancti alij fecerunt, qui ita placue Mat. 25
runt deo, ut angelos dei in hospitio recipere meruerunt. [Benedicite persequentibus uos: benedicite, & Hebre. 13
nolite maledicere.] Vt ipse dominus ait: Diligite ini- Mat. 5
micos uestros: benefacite his qui oderunt uos. Orate pro persequentibus & calumniantibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in cœlis est. [Gaudere cum gaudentibus.] Aliorum bona, nostra deputare debemus, de aliorum profectu, ut de nostro ipsius gratulari. [Flere cum flentibus.] Aliorum aduersis compati: aliorū iniurias ut nostras deflere, de alterius ruina nullatenus exultare, sed potius condolere debemus. [Id ipsum inuicem sentiētes,] semper nobis talia peccatis nostris exigentibus, formidemus quæ in alijs iniuriosa uidemus. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Non in superbia eleuetur cor nostrum, sed in humilitate spiritus conseruare nosmetipsos in omnibus studeamus, ut ipse dominus docuit dicens. Discite à me quia mitis Matth. 11
sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Quod ipse præstare dignetur dominus noster Iesus Christus. Qui cum patre.

¶Dominica III. post Epiphan. lectio epist. beati Pauli apostoli ad Rom. cap. 12.

FRatres, Nolite esse prudentes apud uosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona, non tantum coram deo, sed etiã coram omnibus hominibus. etc.

Homilia lectionis eiusdem.

DE prudentia huius seculi cauenda, uel etiam ne in nostram prudẽtiam confidamus, monet nos & exhortatur Apostolus, fratres charissimi: ut in præsenti lectione audistis. [Nolite esse, inquit, pru-
1.Cor. 3 dentes apud uosmetipsos.] Ac si diceret. Nolite in humana sapientia gloriari, sed stulti estote seculo, ut sitis
Psalm. 93 domino sapientes. Sicut scriptum est. Beatus homo quẽ tu erudieris domine, & de lege tua docueris eũ. [Nulli malum pro malo reddentes.] Humana & iniqua sapientia est, si quæramus uicem reddere inimicis. Non eñ hoc nos exẽplo dominus docuit, cum pro suis crucifixoribus orauit. Pater ignosce illis, non enim sciunt
Lucæ 23 quid faciunt. [Prouidentes bona, non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus.] Cauendum enim est, dum aliquid bonæ uirtutis facimus, ut
Gal. 1 deo non hominibus placere desideremus. [Si fieri potest quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacẽ habentes.] Non solum autem cum amicis, sed etiã cum inimicis quantum fieri possit, domino largiente pacem seruare studeamus, ut filij dei esse possimus. Domino
Mat. 5 dicente: Beati pacifici, quoniã dei filij uocabũtur. [Nõ uosmetipsos defendẽtes charissimi, sed date locum irę.
Deute. 32 Scriptum est enim: Mihi uindictam, ego retribuam di
Heb. 10 cit dominus.] Aut fugiendo, ut dominus docet dicẽs: Si uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam.
Mat. 10 Aut permittẽdo nocere, ut ipse alibi ait: Beati qui per
Matth. 5 secutionem patientur propter iustitiã. Et iterum: Qui uos persecuti fuerint, & me persequentur. Quibus tamen

mẽ in iudicio dicturus erit. Quod uni ex minimis me- Mat. 25
is fecistis mihi fecistis. [Sed si esurierit inimicus tuus, Proue. 25
ciba illum. Si sitit, potũ da illi.] Noli ulli negare, quod
deus nulli negat, quãuis sit blasphemus & impius. Vnde & dominus. Amen dico uobis, quicqd quis in nomi Mat. 10
ne meo fecerit, non perdet mercedem suam. [Hoc enim faciens, carbones ignis cõgeris super caput eius.] Si enim inimicis nostris prębemus beneficią, malitiam eorum nostra bonitate superamus, eorumq; mollimus duritiam, & ad beneuolentiam flectimus. Atq; ita congregamus carbones, hoc enim est, ignem compunctionis super capita eorũ, cum eis bona pro malis illorum reddimus. Et ita cum carbones uindictæ à deo super caput suum considerat congregari, per tuam indebitam misericordiam, excutiet eos per pœnitentiam suam, & conuertet se ab inimicitia sua, & incipiet diligere te, quem ante habuit exosum. Sin autem hoc tu eo animo facis, ut illi aliquid peius eueniet, pro quo dominum tibi præceptum est deprecare, non est misericordia, sed crudelitas. Et ideo subiunxit Apostolus. [Noli uinci à malo, sed uince in bono malũ.] Scimus enim uicisse alterũ, qui eum ad suam perduxeris partem. Si autem per patientiam suam feceris eum cessare ab iniuria tua, uel etiã quod maius est conuerti à malitia sua, tu uiceris, & saluabis animam eius à morte, & tuorum cooperis multitudinem peccatorum. Per Iesum Christum dominum nostrum.

¶Dominica IIII, lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Rom. cap. 13.

FRatres, Nemini quicquã debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit, & cæt.

Homilia lectionis eiusdem.

BEatus apoſtolus Paulus cũ nos omnibus debitis docuiſſet abſolui, ſolo nos mutuæ charitatis debito ſemper uoluit detineri. Audiſtis enim cũ lectio eius legeretur dicentem. [Nemini quicquam debeatis,niſi ut inuicem diligatis.] Si enim hoc intento corde meditari & intelligere uolumus,inuenimus ſanctam charitatem nos ſemper reddere omnibus hominibus debere,notis & ignotis,bonis & malis,amicis et inimicis, & reddendo eam ſemper ſalubriter eſſe debitores. Hoc autem debito aufertur à nobis cumulus o-
1.Pet.4 mnium debitorum,quia charitas cooperit multitudi-
Prouc.10 nem peccatorum. [Qui enim diligit proximum, legẽ impleuit.] Qui charitatem perfectam habet,totũ bonum habet:quia deus ipſe charitas eſt,quem qui habet in ſe,nihil mali habere poteſt, nihilq; eſt boni quod nõ habeat:quia ubicunq; deus eſt , nihil imperfectum eſſe poteſt.[Nam non adulterabis,non occides,non fureris, non falſum teſtimonium dices,non concupiſces,et ſi quod eſt aliud mãdatum, in hoc uerbo inſtauratur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum.] Nequaquam enim neq; adulterio, neq; homicidio,neque furto,non iniqua concupiſcentia reus eſſe poterit,quiſquis in charitate perfecta manebit. Quiſquis autem horum quidem aliquid perpetrauerit, uel his ſimilium quouſque in hoc permanſerit, charitatem perfectam non habet.Cum autem per pœnitentiam & confeſſionem puram, uel etiam emẽdationem malorum,& largitatem eleemoſynarũ,hæc & his ſimilia mala à ſe abiecerit, et effugauerit,mereri poterit in charitate perfecta manere.[Dilectio proximi malũ nõ operatur.] Quiſquis enim bonum non fecerit, malo carere nullatenus poteſt. Nam ſi aliquis proximum ſuum fame periclitari conſpexerit,& illi qu? um ualet non ſubuenit,conuin

citur

citur uero proximum suum nullo modo diligere. Proximus enim noster omnis homo est Christianus,& fidelis: quia omnes deum patrem habemus in cœlis. Dicit enim Ioannes: Qui uiderit fratrem suum necessitatem patientem,& clauserit uiscera sua ab eo,nequaquã charitas dei manet in eo. Qui autem charitatem non habuerit,si omne bonum aliud habet,nihil ei prodest. Quia qui deum non habet,nihil habet,& nihil ei proficit labor eius,quamuis magnus & maximus sit. [Plenitudo ergo legis est dilectio.] Quia omnis lex et prophetæ in uno sermone implentur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ideóque fratres charissimi,ut paternam mereamini possidere hęreditatem,non solum amicis, sed etiam inimicis impẽdite charitatem. Nulli charitas negetur quæ ab omnibus bonis communiter possidetur. Omnes eam simul habete,& ut eam magis habeatis,bonis eam et malis impendite. Possessio enim bonorum est communis,non terrena utique,sed cœlestis. Et ideo nullam in ea facit angustari personam cõsortis. Tantum uero augetur charitas,quantum fuerit immutata cupiditas. Et illum charitas liberũ facit,quẽ tenuerit cupiditas mundana captiuum. Charitas donum est dei,Dicẽte Apostolo: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ qui datus est nobis,cui est honor & gloria nunc & semper in secula seculorum, Amen.

Mat. 25 · 1. Ioan. 3 · 1. Cor. 13 · Rom. 5

¶In purificatione S. Marię,lectio libri Sapientiæ. Prouerb. cap. 8.

DOminus possedit me initium uiarum suarum antequam quicquã faceret à principio. Ab æterno ordinata sunt, & ex antiquis antequam cœlum & terra fierent. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

PRæſens iſta feſtiuitas fratres chariſſimi, ideo celebratur, quia eo die etiam dominus noſter Ieſus Chriſtus in templo eſt à parentibus præſentatus. Ipſe enim ideo ſub lege eſſe uoluit, qui legem dedit, ut exemplis etiam oſtenderet, quod dicturus erat. Non
Matth.5 ueni ſoluere legem, ſed adimplere. Antiquis enim Romanorum mos fuerat eo die, & menſe (ut legimus,) totam urbem per omnia penetralia luſtrare luminibus, & hoſtias dijs ſuis immolare. Sed hanc luſtrandi conſuetudinem bene mutauit eccleſia, ut candelas à pontifice recipiens clerus, & plebs uniuerſa, ardentes manibus geſtantes, hymnos modulando et decantando per eccleſias, per quęcq̃ cõgrua urbis loca procedit, in perennem regni cœleſtis memoriam, & uenerationẽ dei genitricis. Nunc autem quia præſentationem domini noſtri in templo ueneramur, ut de præſenti lectione audiſtis, oportet illud ad ueſtram utilitatem ſcrutari. Ait enim per Salomonem ipſa dei ſapientia, ipſe filius dei. [Dominus poſſedit me initiũ uiarum ſuarum.] Viæ domini, opera ſunt eius. Quarum conſideratione ad fidem, uel ad agnitionem dei poſſumus peruenire. Viæ eius ſunt ipſę illuminationes, per quas ſe & angelicis ſpiritibus, & mentibus oſtẽdit humanis. In quarum initio ſapiẽtiam poſſedit, quia ante omnem creaturam & omne tempus etiam in primordio creaturę naſcentis, filium qui cuncta cum eo diſponeret, habuit. Vnde ſequitur. [Antequam quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata ſum ex antiquis. Antequam cœlum & terra fierent, cum eo eram cuncta cõponens.] Erubeſcant ergo qui negant dei uirtutem deiq̃ ſapientiam, filiũ dei uidelicet ab initio, imò & ante omne
Ioan.1 quod cogitari, uel dici poteſt initium, ab ipſo patre fuiſſe progenitũ. Sed ipſa uerba aliter alibi legimus. Do-

minus

minus creauit me principium uiarum suarum, quod
de incarnatione Christi intelligitur. Ipse est enim prin Ioan.14
cipium salutis nostræ, ipse est uia qua uenimus ad re- 10
gnum dei, siue ad uitam æternam. Qui ad redimendũ
nos ex uirgine creatus est, nasci uoluit ut nos ab omni
corruptione, uel seruitio diaboli liberaret. Sequitur:
[Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo o-
mni tempore.] In orbe terrarum ludentem & gauden
tem dicit. A principio ergo, ut propheta ait: Ex diebus Mich. 5
æternitatis gaudebit se unum esse cum patre, & deliciæ
meæ, esse cũ filijs hominũ: quia desiderat in nostris cor Prou.8
dibus manere, nosq; bonorum gratia meritorũ, ad se
uidendũ perducere. Vnde sequitur: [Beatus homo qui
audit me, & qui uigilat ad fores meas quotidie, & ob-
seruat ad postes hostij mei.] Fores suas & postes ho-
stij sui scripturas sanctas, & eorum doctores nuncu-
pat, sine quibus ad uitam quam pollicetur non uale-
mus ingredi. Ideoq; fratres charissimi, ita lectionem
diuinam desiderabiliter accipite, ut & uobismetipsis sa
lutem, & doctoribus uestris spirituale gaudium de ue
stra bona obedientia faciatis. Sed si uultis ut uobis san
ctæ scripturæ dulcescant, etiam diuina uobis præcepta
proficiant ad salutem: abstrahite uos aliquas horas ab
occupationibus mũdi, & in domibus uestris coram fa
milia uestra diuina tradentes eloquia. Dei uos miseri-
cordiæ dignis moribus exẽplisq; congruere satagite,
ut in uobis impleatur feliciter illud, quod de beato ui-
ro scriptum est. Qui in lege domini meditatur die ac Psalm. 1
nocte, & cætera. Et illud: Beati qui scrutantur testimo
nia eius, in toto corde exquirũt eum, Iesum Christum
dominum nost.

¶Domin. in LXX. lect. epist. beati Pauli apost.
ad Corinth. 1. Cor. 9.

FRatres, Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium? Sic currite, ut comprehendatis, & cæt.

Homilia lectionis eiusdem.

IN lectione apostolica quam audistis charissimi, admonet Apostolus qui cursum huius uitæ facimus, quamdiu in hoc mundo sumus, & ad cœlestem patriam tendimus, solicita semper circumspectione nos agere debere, ut ad pręmia æternæ beatitudinis mereamur peruenire. Dicit enim exemplū quod audistis, cū ait. [Nescitis quod hi qui in stadio currunt, oēs quidē currūt, sed unus accipit brauiū? Sic currite, ut cōprehendatis.] Ab omnibus enim erumnis et delectationibus huius mundi, uel etiam ab omnibus malis, quæ nobis iter ad regna cœlestia properando impediunt, nos abstrahere, atque nobismetipsis cauere admonet, ut brauium quod uitæ æternæ est præmium percipere mereamur pro bonis actibus nostris, atq; pro fideli conuersatione nostra. [Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiāt, nos autem incorruptam.] Si autem hi fideliter ac deuote certant in agone, qui terrena & transitoria ista præmia, uel honores quęrunt, & ab omnibus se abstinent, quibus terrenum dominū suum timent offendere, uel quę eis sperata possunt pręmia uel quæstus impedire. Quanto magis nos qui con-
Ephes. 6 tra spirituales hostes, atq; contra uitia carnis pugnaturi sumus incessanter. Si ad palmam uolumus peruenire perpetuam & spirituales nostros uincere inimicos, studiosissime nos ab omnibus uitijs & peccatis abstinere debemus. Quantum diuina ualeamus largiente cle-
Christiano semp mentia, & non solum ab actu malo, uerum etiam ab otiosis nos abstinere sermonibus, nec non & à cogitatio-

tionibus prauis continere, atq; cauere necesse est: quia antiquus aduersarius noster diabolus, quemcunq; se uiderit in opus impium tentando non posse pertrahere, festinat quantum maxime potest, & iam in ociosis, & illicitis sermonibus, uel etiam cogitationibus immundis seducere, & ita reum efficere coram deo hominem conatur. Mille enim habet artes nocendi, & ideo nobis omni uigilãtia, omni cordis intentione contra prauas & callidas suggestiones pugnare necesse est, si uolumus ad uictoriam peruenire certaminis. Vnde subiunxit Apostolus atque ait. [Ego enim sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem uerberans. Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.] Ac si diceret: Per abstinentiam enim, & afflictionem corporis incẽtiua quisquis superare uoluerit, debet, quia sancti uiri se ueracius à uitiorum colluuione detergunt, dum ab eis contra singula uitia uirtutes singulæ opponuntur. Interdum uitia cum uirtutibus ad utilitatẽ confligunt, ut ipso certamine uel mens exerceatur, uel labefactione concussus animus restringatur. Aduersus impetus uitiorum, contrarijs uirtutibus est pugnandum. Contra luxuriam enim cordis est adhibenda munditia. Contra odium dilectio est præparanda. Contra iracundiam patientia proponenda est. Porro contra timorem fiducia adhibenda est uirtus. Contra torporem zeli prælium est opponendum. Tristitiæ quoq; gaudium: accidiæ fortitudo: auaritiæ largitas: Superbiæ humilitas opponẽda est. Sicq; uirtutes nascentia contra se uitia reprimunt: hos tentationum motus uirtute diuinæ charitatis extinguãt. Libidinem abstinentia domat. Nam quanto corpus inedia frangitur, tanto mens ab illicito appetitu reuocatur. Aduer-

operandũ

Diabolus mille habet artes nocendi.

Pugnare ut debet Christianus.

ſus iram tolerantia dimicat, ira autem ſemetipſam necat: ſuſtinendo autem patientia uictoriam portat. Triſtitiam & mœrorem ſpes et gaudium ſuperant. Et quē turbata mens de exterioribus afficit, dulcedo interioris tranquillitatis lenit. Aduerſus inuidiam præparatur charitas. Et aduerſus iræ incendio manſuetudinis adhibetur tranquillitas. Superbiam diaboli imitantur
Ioan.8 ſuperbi, aduerſus quem opponitur humilitas Chriſti, qua humiliantur elati. Sicut princeps ſeptem uitiorum ſuperbia nos eorum poteſtatibus ſubdit, ita Chriſtus ſeptiformi gratia plenus, à dominatu uitiorum nos eruit. Et quos illa addicit ſeptemplici uitio, iſte liberat ſeptiformi gratiæ dono, Ieſus Chriſtus dominus noſter. Qui.

¶ Dominica in LX. Paulus ad Corinthios
2. Corinthio. 11.

FRatres libenter ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis enim ſi quis uos in ſeruitutem redigit: ſi quis deuorat: ſi quis accipit: ſi quis extollitur: ſi quis in faciem uos cędit. Et reliqua.

Homilia lectionis eiuſdem.

CVm apoſtolica lectio legeretur dilectiſſimi nobis, audiuimus beatum Apoſtolum Corinthiorum populum arguentem, quare falſos ſuſcepiſſent apoſtolos, uel cur eorum falſis conſentirent doctrinis. Simulq; narrantem & exponentem illis, quantas pro nomine domini Ieſu ſuſtinuiſſet iniurias. Ait enim ad Corinthios. [Libenter ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes.] Qui in præceptis euangelicis iam antea ab Apoſtolo fuerunt inſtructi, et diuina illuſtrati ſapientia arguuntur, cur tam facile pſeudoapoſtolos recepiſſent, qui ad terrenam eos gloriam deſiderandam docendo tentabant adducere. Ad exemplum
nobis

nobis & doctrinam hoc factum intelligere possumus, ut uanam gloriam humanosque fauores omnimodis declinemus. [Sustinetis enim si quis uos in seruitutem redigit.] hoc enim pseudo apostoli fecerunt: ad seruitutem ueteris legis, uel ad superstitionem pharisaicam Corinthios satagebant attrahere à uero domini Iesu Christi seruitio. Sicut & aduersarius noster diabolus nos à seruitio & uoluntate dei omnimodis conatur abstrahere, & carnis exhortans concupiscentijs deseruire: sed indignum est tam fallaci ac subdolo consentire magistro. [Si quis extollitur: si quis in faciem uos cędit.] Diabolus semper nos de humilitate ad superbiam prouocat, per quam omne humanum genus in primo nostro seduxit parente: ita & nunc quoscunque ualet secum ad supplicium per superbiam, atque per iniqua opera pertrahere nō desinit. Et ideo dicitur esse initiū omnis peccati superbia, quia omnis peccans superbus est, eo quod faciendo uetita contemptui habet diuina præcepta. [Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.] Ignobilitas enim maxima est filios dei, filios diaboli fieri. Nos enim sumus filij dei credentes in ueram & sanctam trinitatem, patrem & filium & spiritum sanctum, eiusque præceptis inhærendo. De qua nobilitate & gloria magnopere cauendum est, ne per superbiam, id est, per peccatum recedamus, sed potius diuina obseruantes mandata, tribulationes, & iniurias secundum formam Apostoli, pro nomine domini nostri Iesu Christi libentissime sustineamus, ut ad præmia regni cœlestis peruenire mereamur. Vnde Apostolus labores & iniurias quas sustinuit, breuiter enarrauit, ut in præsenti lectione audistis cum diceret. [In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum fortitudinis humanę

Gal. 1

Diabolus quid tentando suadeat.

Genes. 3

Eccle. 10

1. Ioan. 3

manæ in mortibus, id est, in periculis mortis frequenter.
Paulus quid sustinuerit. A Iudæis quinquies una minus quadraginta percussionibus sum flagellatus. Ter uirgis cæsus sum: semel lapidatus sum: ter naufragium pro Christo sustinui: nocte ac die in profundo maris fui: in itineribus difficillimis sepius: periculis fluminũ passus sum multa: periculis latronum quærentium me interficere. Pericula multa ex genere proprio Iudęorum sustinui: pericula multa ex gentibus diuersis: pericula etiam in ciuitate, cum me interficere Iudæi deuouerunt, nec se antea panem sumere. Pericula plurima, à bestijs in solitudine habui. Pericula etiam magna in mari pertuli, simulq́ in falsis fratribus, qui me perdere conabantur. In labore & erumna: in uigilijs multis: in fame & siti: in ieiunijs multis: in frigore & nuditate: sæpissime memetipsum pro Christi nomine exercebam.] O quanta apostolus Paulus fratres charissimi pro Christo sustinuit, ut ad cœlestia pręmia perueniret. Et nobis nunc tale nihil opus est pati, & tamen ad ipsa præmia, si uolumus peruenire possumus: tantum diuinis paremus præceptis, carnalesq́ delectationes mortificemus in nobis. Mori enim oportet hominem mundo, ne moriatur in anima Christo. Nam tunc quisque uiuere creditur, si seculi concupiscentijs moriens, in solo deo uiuere delectatur. Tantum enim in hac uita licitum est operari bonum. Illic nanque nihil operatur, sed retributio tantum operum percipitur. Ideoq́ festinare debet ad deum bene operando, & quæ deliquit, pœnitendo unusquisque dum potest, emendet, ne cum tarde uoluerit, omnino non possit. Proinde Propheta ait: Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dũ prope est. Et ubi inueniri potest, nisi in hac uita, in qua etiã & prope est omnibus inuocantibus se? Nam

Actu. 25.

Viuere quis dicatur.

Ioan. 9

Esaiæ 55

tunc

tunc iam longe erit quando dixerit. Ite in ignem æter nū. Modo enim nō uidetur & prope est, tunc uidetur & prope non erit, quia & uideri poterit, & non poterit inueniri. Si quando quisq; peccator dum potest pœnitebit uitamque suam uiuens ab omni crimine corriget: non dubium quin moriens ad ęternam transeat requiem. Qui autē praue uiuēdo pœnitētiam in mortis agit periculo, sic eius damnatio incerta est, sic remissio dubia. Qui ergo cupit certus esse in morte de indulgentia: sanus pœniteat, sanusq; perpetrata facinora defleat: ut ad ueram & æternam salutem ueniat. Pręstante domino nostro Iesu Christo. Qui. Mat. 25

¶Dominica in L. Paulus ad Corinthios
1. Corinth. 13.

FRatres, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et rel.

Homilia lectionis eiusdem.

DE laude charitatis atque de assertione qualitatis eius, audiuimus beatum Apostolum in præsenti lectione dicentem. [Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonans, aut cymbalum tinniens.] Hominum uel angelorum linguam inanem quorundam facundiam significatam possumus accipere, qui studiosius eloquentiam uolunt curare, quàm uitam, qui non de sanctitate operis, sed de uenustate sermonis sunt soliciti: qui merito æramento sonanti, aut tinnienti cymbalo comparantur. Qui præclara quæque uerba diuini præcepti magis appetunt sonare quàm facere. Vnde sequitur: [Et si habuero prophetiam & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita ut montes transferam: charitatem

tem autem non habuero,nihil sum.] Hęc enim omnia nihil prosunt habentibus ea, si à charitate defecerint: ipsa autem supra omnia hæc necessaria est,ut cętera bona omnia, summum bonum omnium, id est, charitatem habentibus prodesse possint. Nam & in æterna uita perfectior permanebit,cum omnes perseuerantes in se ad uisionem dei perduxerit.Charitas uero hic quidem necessaria est,quæ nos separat à diabolo:purificat à peccato:recōciliat deo.Sed ibi perfecta erit,cum perfectius deo à quo est eius donata coniunxerit. Sequitur: [Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meū ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.] Charitas ergo habenda est, ipsa sectanda sine qua nec eleemosynę,nec mortificatio corporis, nec ulla alia bona perducunt homines ad salutem. Qua propter nihil in eis peccati dānabilis permanere poterit, nec deerit eis aliquid boni, quibus charitas inest. Omnis est inquinamēti ipsa mundatio,& bonorum omnium mater si adfuerit. [Charitas siquidem patiens est: benigna est:semper beneuolēs,libenterq; omnes pro Christo,& patienter sustinet iniurias.Charitas non æmulatur:non agit perperam: non inflatur.] Nemo illi quē uere amat inuidet, cuiusuis eum gloriæ esse conspicit, uel honoris, sed omnem eius felicitatem quasi suam libenter amplectitur. [Non est ambitiosa.] Maior aliis esse non ambit, nec super fratres suos cupit dominari. [Nō quærit quę sua sunt.] Nō quid sibi sit tantū utile, sed quod magis aliis. [Non iritatur.] Nō incitatur ad iurgia ab illo quē diligit. [Nō cogitat malū.] Nō solū non facit,sed nec cogitat quidē. [Nō gaudet super iniquitate] contristatur pro certo,si quē aliquid iniquum uel fecisse,uel passum esse cognouerit. [Congaudet au-
tem

Charitatis effect⁹ qui.

tem ueritati.] Omnibus bonis operibus uel fidei ueritatis congaudet. [Omnia suffert,] suas etiam iniurias suffert, & aliorum suas deputat. [Omnia credit] bona quæ audit. [Omnia sperat.] Omnia uera esse bona quę audit sperat. Et delinquentium etiam emendationem sperat, & donec corrigantur patienter expectat. [Charitas nunquã excidet.] Quando ergo uidemus hæc & alia bona aliq̃s posse, nouerimus, nõ eos magnitudine uirtutis suæ posse quod uolunt ardenter & faciunt, sed beneficio illius charitatis, quæ nõ est ex nobis, sed diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctũ, Rom. 5
qui datus est nobis. Ergo si charitatem deo exhibeamus & proximo de corde puro, & conscientia bona, et fide non ficta, facile peccato resistimus, & bonis omnibus abundamus: Si seculi blandimenta contemnimus, & omnia quę difficilia sunt humanę fragilitati uel aspera, etiam cum dilectione perficimus: Si tamen cum charitate perfecta quæ nobis ab illo est, ex toto corde, & ex tota anima, et ex totis uiribus diligamus. Iste igitur nobis dilectionis ordo seruãdus est, iuxta illud quod dicit spiritus sanctus. Ordinate in me charitatem: Vt sicut ordinata charitas poscit, deum principaliter diligamus, et propter ipsum in ipso ea quę diligenda sunt tantum, quantum ipse præcepit diligamus. Præstante domino nostro Iesu Christo.

1. Tim. 1
Cant. 2

¶Feria IIII. Cinerum. Iohel 2. caput Ieiunij.

EXordium sanctæ quadragesimalis obseruantiæ fratres charissimi hodie aggredientes, bene nos atque salubriter ad conuersionem atque ad pœnitentiam lectio hortatur prophetica, & dominus ipse per Iohel prophetam, ut audiuit dilectio uestra. [Hęc dicit dominus. Conuertimini ad me in toto corde ue-

stro,

ſtro in ieiunio & fletu, & in planctu.] Ac ſi diceret dominns per prophetam: Omnia mala quæ in crudeles & maleuolos conferre conatus ſum, & quæ inducam ſuper eos qui me ad iracundiam magna ſua prouocauerunt malicia, & qui me dereliquerunt, nec uoluerunt reuerti, uos ne talia patiamini, cõuertimini ad me in toto corde ueſtro. Recedite cito per confeſſionem quæ geſſiſtis iniquitatum, à uijs ueſtris peſſimis: & animi pœnitentiam ieiunio, & fletu, ac planctibus indicate. Vt nunc ieiunantes in hac uita præſenti, in futuro uero æternis epulis ſatiemini. Nunc flentes, poſtea rideatis perpetua gaudia retinentes. Nunc plangentes, uel quia mala geſſiſtis & bona quæ debuiſtis minime peregiſtis. Poſtea conſolamini lætitia ſempiterna corã deo & ſanctis angelis eius. Omnia eñ mala fratres chariſſimi, quæ nunc in huius mundi preſſuris noſtris exigentibus meritis patiamur, aut in undatione imbrium, aut in alluuione fluminum, aut in ſiccitate & ſterilitate terræ, aut in diuerſitatibus malarum aurarum, aut in peſtilentię morbis ſiue in fame, ſiue in bellis, ſiue in uaſtatione hoſtium, ſiue in qualibet clade & afflictione, ſigna ſunt indubitanter ultimæ ultionis iræ dei ſuper peccatores: quamuis his ſupplicijs, quæ in die reddenda ſunt iudicij, non poſſint comparari. Ideoq; tam miſericorditer nos ad pœnitentiam hortatur dominus per prophetam, cum ſubditur. [Et ſcindite corda ueſtra, et non ueſtimenta ueſtra:] Nequaquã præcipio ut ueſtimenta ueſtra ſcindatis, uel etiam corpora ueſtra incidatis, ſicut incredulę gentes faciunt. Sed corda ueſtra plena peccatis ſcindite per pœnitentiam ueram & confeſſionem puram, quæ adinſtar utrium ſi ſciſſa fuerint ſponte rumpuntur, ne æternis ſimul ſupplicijs cum anima & corpore mancipentur. Si autem

Aduerſitates deus quare immittat

per

per confeſſionem & pœnitentiam ſcinditis corda ue-ſtra, [Cõuertimini ad dominum deum ueſtrum, quia benignus & miſericors eſt, patiens & multę miſericordiæ,] quia uos à deo priora peccata fecerant alienos, Eſaiæ 59 nunc conuerſi à malis ueſtris, ne deſperetis ueniam ſcelerum magnitudine, quia magna peccata, magna ſua deus delebit miſericordia. Eſt enim benignus et miſericors, malens pœnitentiam peccatorum quàm mortem. Ezech. 18 Patiens & multæ miſericordiæ, qui non humanam imitatus impatientiam, ſed longo tempore noſtram pœnitentiam præſtolatur. Rom. 2 Quod ſi nolueritis à malitia ueſtra conuerti, & iſta quę comminatus eſt mala, & alia his ſimilia ſuper uos eſſe uentura ne deſperetis. Nunc autem ad pręfatam conſolationem ſubinfertur. [Præſtabilis ſuper malitiam.] Quia ſi nos egerimus de peccatis pœnitentiam, et ipſum pœnitebit comminationis eius, & mala quæ comminatus eſt nobis non inferet, noſtræque commutatione ſententiæ, & ipſe mutatur. Et ne fortaſſe magnitudo clemẽtiæ eius, nos faceret negligentes, propheta ſubiunxit dicens. [Quis ſcit ſi cõuertatur, & ignoſcat deus & relinquat poſt ſe benedictionem.] Ac ſi diceret propheta: Ego inquit hortor quod meum eſt ad pœnitentiam, deum tamen ineffabiliter noui eſſe clementem. Dicente Dauid: Miſerere mei deus ſecundum magnam miſericordiam tuam; Et ſecũdum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Pſalm. 50 Ad bonum igitur ieiunij ſiue pœnitentiæ fratres chariſſimi eleemoſynarum etiam largitas, & cætera ſunt neceſſaria addenda miſericordię opera. Quia ita deo ieiuniũ erit noſtrum acceptum, ſi à uitijs abſtinentes etiam placabile munus domino in miſericordia pauperum offerimus. Faciamus nobis in procurationibus pauperum, patronam

dei misericordiam, ut cum ante tribunal æterni iudi-
Mat. 25 cis auari audituri erunt. Discedite à me maledicti in
ignem æternum. Nos pro misericordia in pauperibus
facta, uocẽ illam felicem, & desiderabilem audiamus:
Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod
uobis paratum est ab origine mundi. Cuius regni pul
chritudo atque beatitas, gaudium,& exultatio, huma
1.Cor.2 nus hic oculus cernere nequit,nec auris audire, neq; in
Esaiæ 64 cor hominis ascendere ualet, uel quanta, uel qualis est
gloria quam præparauit deus diligentibus se. Cui sit
honor,laus, & gratiarum actio, nunc & semper & in
secula seculorum, Amen.

¶Dominica in XL. lectio epist. beati Pauli apostoli ad Corinth. 2.Corinth.6.

FRatres,Hortamur uos ne in uacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te,& in die salutis adiuui te. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

INgressuri igitur dilectissimi, mysticos & purifican
dis animis atq; corporibus institutos dies apostoli-
cam necesse est lectionem attendamus. Eamq; ad sa
lutem nostram quantum possumus, domino largiẽte,
& operibus adimplendo scrutemur. [Hortamur inqt
uos apostolus,ne in uacuũ gratiã dei recipiatis.] In ua
cuum gratiam dei in baptismo cõsequitur,id est, donũ
spiritus sancti,uel remissionem peccatorũ pręteritorũ,
qui post baptisma in bono non proficit opere. Vt de
ipsa gratia dicitur. Ait enim: [Tẽpore accepto exaudi
uite,& in die salutis adiuui te.] Acceptum tẽpus nunc
est,ut bona operemur, ut mereamur cum dignis operi
bus exaudiri à deo in orationibus nostris,& æternã cõ
sequi salutem. Sicut alibi dicitur: Ambulate in dilectio
Ioan. 9 ne,& uoluntate dei dum licet in hac uita,ne uos mor-
tis

tis tenebræ repente subripientes, inuenientq; imparatos, & tunc incipietis uelle benefacere, cum non licet operari. [Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis.] Nūc enim est tempus operationis, tunc remunerationis. Modo solum possumus inuenire salutem, tunc autem nec ullam miserationem nisi secundum merita nostra recipiemus & pręmia. Dies autem hęc uita ideo dicitur, quia ad operandū est apta, quæ nocte intercluditur, mortis uel iudicij: quādo recipit unusquisq; prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum. [Nemini dantes ullam offensionē, ut non uituperetur ministerium nostrum.] Caueamus omnimodis quātum diuina gratia largiente ualeamus, ne per mala nostra exempla, quis proximorum nostrorum deum pro peccatis suis offendat, & reprobetur ministeriū nostrum per iniqua opera nostra. [Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut dei ministros: in multa patientia.] Dei ministri deum debent prout possibile est, imitari, ut ex actu cognoscantur dei esse cultores. [In tribulationibus,] in omnibus angustijs & pręssuris, quæcunque euenerint semper patientiam habeamus, & deo nostrum commerciū commēdemus, ut ipse nos in omnibus custodire dignetur. [In necessitatibus: in angustijs: in plagis: in carceribus: in seditionibus: in laboribus: in uigilijs: in ieiunijs: in castitate: in scientia: in longanimitate: in suauitate.] Vt nullis uerbis nostris amaritudinem ingeramus, [in spiritu sancto,] Vt dignum ei habitaculū, in cordibus nostris præparemus. [In charitate non ficta:] Vt omnia quæ nobis bona uoluerimus, alijs faciamus. Et non tantum nos uerbo inuicem diligamus, sed opere & ueritate. [In uerbo ueritatis] Ea tantū quę uera sunt loquentes. [In uirtute dei,] contra diabolum dimicemus. [Per arma iusticiæ

Mat. 16

2. Cor. 5

dei à dextris & à sinistris.] Iusticiam & ueritatem super omnia diligentes. A dextris ne in prosperis superbia eleuemur. A sinistris, ne frangamur in aduersis per desperationem. His ergo dilectissimi defensi armis impigri atque intrepidi propositum nobis ineamus contra peccata certamen & in isto ieiuniorum stadio, non eo tantum simus sine contenti, ut solam ciborum abstinentiam putemus esse sectandam. Parum est enim si caro abstinentia tenuatur, cum anima aliis uirtutibus non alitur. Quapropter circumspiciat se omnis anima Christiana, & seuero examine cordis sui interna discutiat uideatque ne aliqua inhæserit in animo discordia, et ne mentem inflammet auaritia. Castitatem unusquisque non solum ab illicitis, sed etiã à propriis mulierum amplexibus habeat. Iracundiam ab animo procul pellat, detractionem omnimodis fugiat. Cessent uindictæ, & obliuioni tradãtur iniurię. Remittemus in nobis delinquẽtibus, ut remittatur nobis. Demus ueniam quã rogamus, & non studeamus ulcisci, qui nobis optamus ignosci. Et ita sanctum ieiunium fideliter peragentes, cum gaudio sancti spiritus diuina adiuti gratia ad sanctum pascha digne peruenire mereamur. Pręstante domino nostro Iesu Christo.

Heb.12

Mat.6.18

¶In conceptione sanctæ Mariæ, lectio Esaiæ prophetæ cap. 7.

IN diebus illis, Locutus est dominus ad Achaz dicẽs. Pete tibi signum à domino deo tuo, siue in profundũ inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo dominum. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

EX lectione prophetica audiuimus fratres charissimi, qualiter dominus & saluator noster pro redemptione humani generis carnem assumere digna-

dignatus sit, & qui ex uirgine uerus homo, & uerus deus prænunciatus est. [Locutus est dominus ad Achaz dicens: Pete tibi signum à domino deo tuo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra.] Ac si diceret ad Achaz: Quia tibi uidetur difficile quod regna potentissima breui tempore finienda sint, & tu cum populo tuo de magno periculo libereris. Pete tibi signū, nequaquam ab idolis, quorum errore deceptus es, sed à domino deo tuo, qui tibi potest auxiliari. Nam profundum & excelsum, mortem & resurrectionis gloriam, atque ascensionis domini gloriam possumus intelligere: quia mori se pro peccatoribus dominus promiserat & resurgere, atque in eadem carne quam assumeret ad cœlos ascendere se debere prædixit. Sed rex impius hoc minime intelligens dixit. [Non petam & non tentabo dominum.] Hæc non humilitatis, sed superbiæ responsio est: quia ille non uult signum iussus à domino postulare, qui obedientia debuit explere præceptum. Quod si peteret, accepturus esset & magis per eum glorificandus esset. Sed qui idolis seruiebat & dæmonibus noluit signum glorificationis audire domini. Et ideo propheta ad populum uertit sermonem dicens: [Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum uobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis et deo meo?] Id est, quia non solum prophetas persequimini & eorum dicta contemnitis, sed præsentis & uocātis uos dei sententiæ resistitis, & cōtentiose domino deo uestro colla nō subijcitis? Illo uolēte curare uulnera uestra, uos respuitis sanitatatem. [Propter ea dabit ipse dominus uobis signum. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium & uocabis nomen eius Emanuel. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum.] O nouum signum prædictum & se-

Psalm. culo prænunciatum à domino: quia dominus fortis & potens, dominus potens in bello. Dominus uirtutum ipse est rex gloriæ. Ipse in uterum uirginalem pro nostra salute descendere se promiserat. Sicut promiserat

Lucæ 1 Mariæ. Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quod enim ex te nascetur sanctum uocabitur filius dei. Vnde & Emanuel, id est, nobiscum deus nunc à propheta uocatur, & per ange-

Matth. 1 lum Iesus, id est, saluator: quia deus ipse descēdit omne

Matth. 19 humanum genus liberare, & saluare quod perierat, & ad cœlestia nos regna reuocare, unde fuimus expulsi per culpam primi parētis nostri. Nunc ergo diem conceptionis domini uenerabiliter celebrare debemus, cōptiq; & nitidi in anima, nos obuiā dño aduenienti præparemus. Quia si dies solennitatis istius conceptionis dñi transit, tamē si caste, & iuste & pie cū omni humilitate & modestia uiuere uolumus, apud nos sanctificationis ipsius beatitudo permanet. Oportet ergo nos esse sanctitate puros, pudicitia mundos, honestate nitidos, ut quo diem sanctissimum appropinquare nouimus, eo solicitius in bonis operibus incedamus. Ideo et nos ab omni conscientiæ fece, pura confessione mun-

Ornamēta Christiani hominis q̄ sint. demus. Accuremus nos uestire non sericis uestibus, sed operibus preciosis. Vestimenta enim nitida membra operire possunt, hominem autem continentia ornare potest, nisi quod maioris est inuerecundiæ, nitidū membris incedere, & pollutum sensibus ambulare. Interioris igitur hominis prius ornemus affectum, ut exterioris quoq; sit amictus ornatus. Spirituales maculas abluamus, ut carnalia in nobis fulgeāt uestimenta. Nihil autē prodest fulgere uestibus, & sordere flagitijs. Vbi enī cōscientia tenebrosa est, totū corpus obscurum est.

Lucæ 11 Habemus autem aliquid quo conscientiæ maculas ablua-

luamus. Scriptũ est enim: Date eleemosynã, & omnia munda sunt uobis. Bonum eleemosynæ mandatum, per quod manibus operamur corde mundamur. Præstante domino nostro Iesu Christo. Qui.

¶Feria IIII. in XL. lectio libri Exodi. cap. 24.

IN diebus illis, Dixit dominus ad Moysen, Ascende ad me in montem & esto ibi, daboq́ tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata quæ scripsi, ut doceas filios Israel. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

SAcri eloquij mystici sensus, per aspirationem spiritus sancti prudenter ac diligenter intelligendi, & perscrutandi sunt fratres dilectissimi. Nam in præsenti lectione qua audistis quod Moysen dominus in montem ascendere, ut legem perciperet, iussit dicẽs. [Ascẽde ad me in montem & esto ibi, daboq́ tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata quæ scripsi, ut doceas filios Israel.] Quid est quod Moyses in montem ascendit, & dominus in montem descendit, nisi quod significat contemplationem diuinam, ad quam nos diuina inspirante gratia esse debemus semper intenti, in qua ad cœlestia ascẽdimus, & ea intuenda quæ ęterna sunt subleuemur. Nam subditur: [Cumq́ ascendisset Moyses montem, operuit nubes, & apparuit gloria domini super Sinay, & erat species domini quasi ignis ardens super uerticem montis.] Quod autẽ daturus legem dominus in nube, & igne descendit, hoc significat, quia & fideles claritate sua illuminat, & infidelium oculos super nubem erroris obscurat. Quia impij qui terrena tantum sapiunt, et cœlestia nequaquam desiderant, neque intelligunt, caliginis suæ malitia eum in humilitate nascentem minime cognouerunt. Dat igitur inde deus Moysi legem innocentię nostrę et co-

gnitionis suæ. Eadem enim in decem uerba constituit, quæ saxeis tabulis digito suo scripsit. Primum decalogi mandatũ est. [Dominus deus tuus deus unus est.] Vtique ut hæc audiens, unum deum colas, & in multos fictos deos fornicationem tuam non effundas. Secundum præceptum ad filiũ pertinet cum dicit. [Non assumes nomen domini dei tui in uanum.] Id est ne existimes creaturam esse Christũ filium dei, cui omnis
Philip. 2 creatura subiecta est, sed credas eum æqualem esse pa-
Ioan. 1 tri, deum de deo, uerbum apud deum, per quod omnia facta sunt. Tertium mandatum, de sabbati requie est. Vnde & p sabbatũ qui dies requietionis dicitur, reqes beata ęterni regni ostenditur. Quartum mandatũ est. [Honora patrem tuum & matrem tuam,] ut ne quis parentibus contumeliosus existat, sed officio pietatis honorem debitum deferat. Quintũ, [Non mœchaberis.] Id est, ne quisquam præter matrimonij fœdera alijs fœminis misceatur ad explendam libidinem. Sextum, [non occides.] Etenim non solum opere perpetrans, homicidiũ facit, sed etiam et qui incurrit in eum esurientem qui mori possit, nisi cibum porrigẽdo subueniat, & idem homicida tenebitur. Septimum, [non furtum facies,] quod est initiũ rapacitatis. Octauum, [Non falsum testimonium dices,] quod est crimen mendacij & falsitatis. Nonum, [Non concupisces uxorẽ proximi tui,] In hoc præcepto uetat in tentatione adultarinas cogitationes. Nam aliud est facere aliquid tale præter uxorem. Et ideo duo præcepta sunt, non mœchaberis, et non concupisces uxorem proximi tui. Decimũ, [Non concupisces rem proximi tui.] In quo præcepto damnat ambitionem seculi, & refrenat con-
Lex quare duab' cupiscentiam rerum. Cur autem in duabus tabulis scripta est lex, nisi aut propter duo testamenta significanda,

da, aut propter duo illa præcepta dilectionis dei & di lectionis proximi, in quibus lex tota pendet atq; prophetæ? Hæc enim in singulis tabulis explicita sunt. In una autem tria præcepta ad dei pertinentia charitatem. In alia uero septem pertinentia ad proximi societatem. Sed cur lapideæ eædem tabulæ fuerunt, nisi ad significandum cor Iudæorum lapideum? Per lapides enim insensualitatem demonstrauit, & duræ mentis stoliditatem. De quo propheta dicit: Auferam ab eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum. Vnde & Apostolus: Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Neque enim hoc tabulę carnales uolunt, ut carnaliter sapiamus, sed quia in comparatione lapidis, qui sine sensu est caro sentit. Ideo per lapidis duritiam significatum est cor non intelligens, & per carnis sensualitatem significatum est cor intelligens. Proinde intellectus à domino est necessario postulandus, simúlque cum Psalmista dicendum. Da mihi intellectum domine, & scrutabor legem tuam & custodiam illam in toto corde meo. Bonum est homini semper ante oculos propria adhibere delicta, secundum Psalmistę sententiam: Et peccatum meum coram me est semper. Sicut enim non oportet reminisci peccati affectũ, sicut semper necesse est unumquenque suum in deflendo commemorare peccatum. Ergo studeamus aut no. cadere, aut cito conuersi à lapsu cõsurgere. Omnino peccare cauendum est. Quod si humana fragilitate peccatũ subrepserit, confestim erit corrigendum, quod nequiter sentitur commissum. Cito enim corrigitur culpa, quæ cito cognoscitur: Præstante domino nostro Iesu Christo. Qui.

tabulis scripta sit

Mat. 22

Tabulæ cur lapideæ.

Ezech. 36

2. Cor. 3

Psalm.

¶In sabbato, lect. epist. bea. Pauli apost. ad Thessal. 5. 1. Thess. 5

FRatres, Rogamus uos corripite inquietos: consolamini pusillanimes: suscipite infirmos, patiẽtes estote ad omnes. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

SAlubriter nos admonet & docet Apostolus filij dilectissimi in lectione quã audistis dicens. [Rogamus uos fratres corripite inquietos: consolamini pusillanimes.] Pro diuersitate morborum diuersitas adhibenda est medicinæ. Delinquentes corripiendi sunt, ne pereant. Pusillanimes consolandi sunt, ne de uenia desperent, ne desperando deficiant. Sequitur: [Suscipite infirmos,] sustinete nuper credentes qui non sunt cõfirmati in fide. [Patientes estote ad oẽs,] etiam ad incorrectos, quia qui impatienter alios corripit, nõ corrigit sed iritat. [Videte ne quis malum pro malo alicui reddat sed semper quod bonum est sectamini in inuicẽ, & in omnes.] Omni est diligentia prçcauendum, ne quis infirmior in fide, uel bono opere,
Rom.12 uel ignarus uicem mali alicui reddat. Nam omnis qui alteri facit iniuriã, male facit. Sequitur: [Semper gaudete.] In conscientię puritate ut omnia propter deum sustineamus: Et in hoc gaudeamus si digni sumus aliquid propter deum iniurię sustinere. [Sine intermissione orate.] Si iugiter lingua orare non possumus uel corde oremus. Siue actus noster talis sit, ut semp pro nobis deum exoret. [In omnibus gratias agite.] Quę acciderint uobis in omnibus, siue sint prospera, uel etiã aduersa, domino semper gratias agere studeamus. Si-
Iob 1 ue taliter uiuamus, ut de conuersatione nostra bona, domino semper gratiæ referantur. [Hæc est enim uoluntas dei in Christo Iesu in omnibus uobis.] Sicut in Christo per omnia impleta est uoluntas dei atque redẽptio nostra, ita & in omnibus impleatur per omnia

salus

salus nostra. [Spiritum nolite extinguere.] Spiritum exhortationis sanctæ nolite contemnere, sed potius ei ad salutem uestram ęternam obedire contendite. [Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonū est tenete. Ab omni specie mala abstinete uos.] Siue enim futura prædicantes prophetas, id est, doctores: siue de præteritis admonentes obseruate atq; probate, si legi non sunt contraria uel recte fidei quæ dicuntur. Et si quid tale fuerit, hoc refutetur. [Ipse autē deus pacis sanctificet uos per omnia, ut integer spiritus uester, & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur.] Spiritum autem sanctificationis quē in baptismo suscepimus, optat Apostolus, ut in aduētu domini nostri Iesu Christi integer inueniatur, & custodiatur in nobis. Sed necesse omnibus nobis est, ut si post baptisma inquinauimus uitam, lachrymarum hoc etiam perfusione & digna pœnitentia, & confessione pura, nec non et eleemosynarū hoc largitate deleamus, et renouare nos ad ipsam integritatē, bonis operibus quotidie studeamus. Tantum enim in hac uita est licitum operari bonum, illic nanq; non iam operatio expectatur, sed retributio meritorum. Hæc uita impijs longa gratia est, in oculis autem iustorum amara & breuis est. Et licet uita ista breuis sit, moras tamen sibi fieri creditur, quia quantolibet breue sit temporis spatium, tamen & si uiuenti parum est, amanti proculdubio longum est, qui uitæ præsentis longitudinem, non de suo spatio, sed de eius fine considerat, quamuis misera & breuis sit satis utiliter pensat. Si uitam longam quæris, ad eam tende uitam pro qua Christianus es, id est, ad æternam, non ad istā, de qua eruendum te descendit uita æterna, id est, Christus uerbum carne coniunctum. Hęc est enim ui-

Heb. 5
Ioan. 9
Matth. 16
Iob 14

ta ui-

ta uitalis nostra, ista autem uita mortalis est. Mori hominem oportet in carne mũdo, ne moriatur in anima Christo. Nam tunc quisq; uiuere creditur, si secundum seculũ moriens in solo deo uiuere delectetur, per Christum dominum nostrum, uiuentem & regnantẽ cum deo patre.

¶Dominica II. in XL, lect. epist. bea. Pauli apost. ad Thessalon. 1. Thess. 4.

FRatres, Rogamus uos & obsecramus in domino Iesu, ut quemadmodũ à nobis accepistis quo modo uos oporteat ambulare & placere deo, sic & ambuletis, ut abundetis magis. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

PEr sanctam & apostolicam scripturam docemur fratres charissimi in cœpta fide & Christi uolũtate non solum persistere, sed etiam in studio sanctarum crescere uirtutum, ut in præsenti lectione audistis. [Fratres rogamus uos inquit Apostolus, & obsecramus in domino Iesu, ut quemadmodum accepistis à nobis quo modo uos oporteat ambulare & placere deo, sic & ambuletis.] Quibus uia Christus est, & qui in eius uolunt persistere fide, & dilectione, dignis eo gressibus in operibus iustis debẽt ambulare, in mansuetudinis uirtute, charitatis, & pacis, pietatis & misericordiæ studijs. [Vt abundetis magis.] Vt sicut ætate caro hominis crescit, ita etiam fidei merita augeantur, & boni mores in Christo. [Scitis enim quæ præcepta dederim uobis per dominum Iesum. Hæc est enim uoluntas dei sanctificatio uestra, ut abstineatis uos à fornicatione.] Sanctificatio enim ab omni incontinentia reuocat christianum: incontinẽti autẽ non prodest sanctum Christi corpus attingere, sed damnum ei
1. Cor. 11 atque supplicium potius profert, qui indigne illud sumit:

mit: proinde subiũgitur. [Vt sciat unusquisq; uestrum suum uas possidere in sanctificatione et honore,] Corpus castum studeat conseruando sanctificare,& honorare. [Non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant dominum.] Neque immoderatę libidini seruientes similes gentibus sitis,quę ignorant deum. [Et ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum.] Nec coniugibus etiam post deuotam in inuicem ex consensu continẽtiam,aliquam uim inferant, neque quolibet negotio quis alterum fraudet. [Quoniam uindex est dominus de his omnibus sicut prædiximus uobis & testificati sumus.] Non solum de fornicatione,& publica turpitudine puniemur in uindictam coram deo si nos hic per pœnitentiam & confessionem emendare negligimus, uerum etiam & de omni trãsgressione nostri propositi. [Non enim uocauit nos deus in immunditia, sed in sanctificationem,in Christo Iesu domino nostro.] Cõiugatorum etiam incontinentia nimia potest in immunditiam deputari, quæ corpus Christi audenter accipere non permittit. Qui enim uult uere fidelis fieri, non solum ab actu impudico debet corpus suum refrenare sed etiam cogitationibus sordidis animum custodire: quia deus iudex iustus est,& de cogitationibus malis iudicat animas:sicut scriptum est in euangelio. Qui uiderit mulierem ad cõcupiscendum eam,iam mœchatus est in corde suo. Vt autem mundiores sitis,in totis quadragesimæ diebus etiam à coniugio legitimo abstinere debetis, ut orationi uacare possitis. Non pigeat lectulum pro tempore separare qui pro salute animæ laboratis. Si em̃ carne & uino adhoc abstines,ut possis satis facere pro peccatis: nõne magis à luxuria debes ꝓpriũ corpus abstinere? Ieiunium dimidium esse non debet,quia

Fidelis qs dicatur et castus.

Mat.5

1.Cor.7

Ieiunãdũ quomõ.

satis

satis indignum est, si uentre quidem ieiunes, deterioribus autē lasciuię desiderijs explearis. Vos modo toto corde gratiam dñi sentientes bonis operibus insistite, ut plātati in domo domini, in atrijs domus dei nostri, perpetuo floreatis fructificaturi, iam non peccato sed iustitiæ: iam non carni sed spiritui: iam non diabolo sed Christo, cui sit laus in secula seculorum, Amen.

¶Feria II. lectio Daniel. prophetæ. capite 9.

IN diebus illis. Orauit Daniel dicens. Domine deus noster qui eduxisti Israel de terra Aegypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

AVdiuimus charissimi cum lectio Danielis legeretur, quanta pro populi peccatis instantia prę caretur: quanta seipsum deuotione humiliauit: quanta nos spei firmitate roborauit, ut semper iuxta

1. Tess. 5 Apostoli uocem sine intermissione oremus: Imò ipsi-

Lucæ 18 us domini consideremus saluberrimum consilium dicentis. Oportet semper orare et non deficere. Ita enim & ipse propheta non solum pro se, sed & pro uniuerso populo orauit dicens. [Domine deus noster qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu forti, et fecisti tibi nomē secundum diem hanc. Peccauimus, iniquitatem fecimus domine in omnē iustitiam tuam. Auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Hierusalem & à monte sancto tuo, & relq.] O homo qui te redemit, qui te facere uoluit, non uult te cessare à precibus, non uult ab oratione aliquando desistere:

Orari uult deus: uult beneficia sua mercari dum petes, uult te assidua oratione æterna commoda negotiari: uult te rogare & accipere, quod eius benignitas desiderat impartiri.

Quærit

Quærit dominus occasiones ut præstet: quærit aditus inuenire, quibus hominē quem diligit muneret. Quid enim oranti negaturus est, qui ut orantis intentio non deficiat, præceptis suis admonet, & instigat? Et ideo quicunque fidelis est implere quod dominus suadet, totis uiribus elaboret, & hortamenta sui domini libenter admittat. Considerate fratres quanta gloria attributa sit orationi, fabulari cum deo, cum Christo misceri colloquia, deum precibus detinere, quod desideras percipere. O quàm magna est iugis oratio, per quam semper uirtutes factæ sunt. Ostensa signa, & mirabilia demonstrata. Amanda res per quam sancti proficiunt, per quam dei ira repellitur, & indulgentia prouocatur. Neque enim fieri potest, ut nobis orantibus desit, qui orare nos docuit. At precibus nostris negat auxilium, qui suum nobis insinuauit affectū? Oratio iustū glorificat, peccatorem absoluit, pauperem fouet, diuitem temperat, aufert metum, & tollit tristiciam, in prosperis læta est, in malis secura: ipsa est consolatio mœrentium, sanitas ægrotorum. Et ne plura dicendo fastidium charitati uestræ faciam, per hanc pręsentia ipsius maiestatis obtinetur: Sed nunc facile quod postulatur accipitur, si quod iubetur instantissime compleatur. Nam oratio infirma est præceptorum si nuda fuerit fructibus. Tunc enim securi manus nostras ad deū erigimus, tunc fiducialiter ad cœlum oculos eleuamus, si prius omnia quæ præcepta sunt fecerimus, id est, si misericordes fuerimus erga fratres nostros: si oculos nostros ab illicita concupiscentia refrenemus. Si inquām totus homo à cunctis peccatorum sordibus fuerit illibatus: si in nullo eum delicto macula infecerit, si in nullo actus pessimi sordidarint. Tunc demū effectus sancti spiritus habitaculum, & ipsa diuinæ claritatis luce per-

Lucæ 11

Oratiōis efficacia.

Orantes quos de⁹ exaudit.

Ioan. 4

perfusus, ueris adoratoribus sociatur. Tunc inquã non solum pro se quicquam orauerit impetrabit, sed et pro cæteris idoneus orator effectus, quicquid petierit obti nebit, atque ita & in præsenti quod petit accipit & in futuro quod credit inueniet, per dominum nostrum Iesum Christum, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat, per.

¶Feria VI. lectio libri Genesis. capite 37.

IN diebus illis. Dixit Ioseph fratribus suis. Audite somnium meum quod uidi. Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum & stare, uestrosq́ manipulos circunstantes adorare manipulum meum. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

QVoties uobis fratres charissimi lectiones de testamento ueteri recitãtur, non solum hoc debetis attendere quod sonat in uerbo, sed quod intelligitur & sapit in spiritu. Hæc enim omnia quæ in ueteri testamento leguntur, sicut dicit Apostolus: In figura cõtingebant illis. Scripta sunt autẽ propter nos. 1.Cor. 10 Cum enim populus Christianus fideliter ad ecclesiam uenit, quid ei prodest quod audit, qualiter sancti patriarchæ aut uxores acceperint aut filios procreauerint, nisi quare hęc facta sint aut quid res ipsę figurauerint, spiritaliter semper perspexerit? Ecce audiuimus quod beatus Iacob genuerit filium & uocauerit nomen eius Ioseph & eum plus quàm reliquos filios suos dilexerit. Hoc loco beatus Iacob figuram habuit dei patris. Sanctus quoque Ioseph typum gessit domini saluatoris. Diligebat ergo Iacob filium suum, quia & filium Mat.17 pater diligit, sicut ipse dixit. Hic est filius meus dilectus. Iacob filium misit, ut de fratribus suis solicitudinem

nem gereret, & deus pater unigenitum ſuum miſit, ut Ioan. 5
genus humauum peccatis languidum, quaſi oues perditas uiſitaret. Ioſeph dum fratres ſuos quæreret errabat in heremo, & Chriſtus genus humanum quærebat, quod errabat in mundo. Ioſeph enim fratres ſuos quærebat in ſycimis, Sycima autem interpretatur humerus. Semper enim peccatores dorſum ponunt in faciem iuſti. Humeri enim retro ſunt. Sicut enim fratres Ioſeph inuidia percuſſi, fraterna dilectione dorſum magis quàm facies offerebant, ita & infelices Iudæi uenientem ad eos ſalutis autorem, inuidere potius quàm diligere maluerũt. De talibus dicitur in pſalmo: Obſcurentur oculi eorum ne uideant, & dorſum illorum ſemper incurua. [Inuenit ergo Ioſeph fratres ſuos in Dothaim.] Dothaim interpretatur defectio. Vere in grandi defectione erant, qui de parricidio cogitabant. [Vidẽtes ergo Ioſeph fratres ſui de morte illius tractauerunt.] Sicut uidentes Iudæi uerum dominum Chriſtum, ut eum crucifigerent, uno omnes conſilio ſtatuerunt. Ioſeph expoliauerunt fratres ſui ueſte polimita & talari: & Iudęi Chriſtum per mortẽ crucis expoliauerũt tunica corporali. Ioſeph exutus tunica mittitur in ciſternam. Et Chriſtus expoliatus carne humana deſcẽdit ad infernum. Ioſeph poſtea quam de ciſterna leuatur, Iſmahelitis uẽditur, & Chriſtus poſtea quã de inferno regreditur, ab omnibus gentibus fidei commercium comparatur. Ioſeph per cõſilium uiginti argenteis diſtrahitur. Et Chriſtus per conſilium Iudę triginta argenteis uenundatur. Ioſeph deſcẽdit in Aegyptum: & Chriſtus in mundum. Ioſeph à penuria frumenti ſaluat Aegyptũ, & Chriſtus à fame uerbi dei liberat mundũ. Niſi eñ Ioſeph fratres ſui uendidiſſent, defecerat Aegyptus. Verum eſt fratres, niſi Chriſtũ Iu

Lucæ 19

Pſalm.

dẹi crucifixissent, perierat mundus. Ioseph interpretatur augmẽtatio, siue ampliatio: Sed in illo Ioseph ampliationẽ non habuit, nisi sola Aegyptus: in nostro uero Ioseph augmentum habere uniuersus meruit mundus. Ille Ioseph erogauit triticum: noster erogare di-
Psalm. gnatus est dei uerbũ. Vt, in omnem terram exijt sonus
Tit.3 eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Nos ergo fratres dilectissimi, qui nullis præcedentibus meritis, tanta bona per misericordiam ueri Ioseph domini no
Ioan.1 stri Iesu Christi consecuti sumus, ad quos non umbra ueteris testamenti, sed ipsa ueritas uenit. Quantũ possumus cum dei adiutorio laboremus, ut quod nobis cõtulit iudicatus, integrum inueniat iudicaturus. Qui tibi tantum contulit, scit quantum reposcat. Et quidem ille cum uenerit, redditurus est quod promisit. Iesus Christus dominus noster. Qui uiuit.

¶In sabbato, lectio libri Genesis.cap.27.

IN diebus illis. Dixit Rebecca filio suo Iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo & dicentem. Adfer mihi de uenatione tua, & fac cibos ut comedam, & benedicam tibi coram domino ante quàm moriar. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

DE benedictionibus Iacob & Esau qualiter à patre sene Isaac caligantibus oculis eius benedicti sint in lectione quæ recitata est audistis. Quo promittente proprio filio Esau benedictionem, si de uenatu prius sibi aliquid attulisset, unde uesci concupiuit. Quid hoc uult significare, nisi quia Isaac typum te
Matth.15 net dei patris, qui Iudaici populi ad legem uocati bona operatione pasci desiderauit? Pro quo etiam ipse homo pro humani generis redemptione fieri dignatus est. Et ex eorum natus progenie, ad regna cœlestia pri

mitus

mitus uocauit. Sed tardante Esau in uenatione, qui typum tenet Iudæorum, quibus primo benedictio, id est, regni cœlestis promissio facta est: Mater Rebecca minori filio Iacob quem plus dilexerat, cocto pulmento duorum hœdorum patri dedit adferre, ut benedictionem fratri promissam perciperet. Quod ita factũ est: Et benedictione accepta recessit. Mater autem Rebecca gratiam spiritus sancti significat. Iacob autem gentilem populum designat. Iudaicus autem populus dum per bona opera tardaret benedictionem dei patris percipere, eius uoluntatem faciendo ad regna cœlestia rennuit properare. Mater, id est, gratia sancti spiritus gentilem populum ad ipsam promissam benedictionem capiendam introduxit, ut omnipotenti deo cibos bonæ operationis adferret, & regni cœlestis benedictionem perciperet. Qui non animalium sacrificijs deo placere quærens, sed secundum prophetam deo dixit. In me sunt deus uota tua, quæ reddam laudationis tibi. Quid est autẽ quod Isaac nesciens priorem filium benedixit, nisi ut designaretur in facto, quod Propheta de gentili populo uenturum prædixit dicens. Populus quem non cognoui seruiuit mihi? Quid est quod præsentem non uidit, & tamen quæ ei in futuro euenire debuerant intellexit, nisi quòd omnipotens deus, cũ per prophetam prędiceret gentes ad gratiam fidei per uenturas: eas adhuc in eadem gratia præsentes non uidit quia eas adhuc in errore dereliquit, quas quandoque ad gratiam collecturus erat? Vnde et eidem Iacob gentilis populi figuram tenenti, in benedictione dicitur. [Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus.] Nam & ipse ager in euangelio dicitur hic mundus esse: quia electorum populus in uniuerso mundo diuersis redolet bonorum operum uirtutibus:

Psalm. | Psalm. 17 | Matth. 15

e 2 aliter

aliter in opinione prædicatorum:aliter in operibus mi
Odor bo ſericordiæ:aliter in continentia & caſtitate ſancta:ali
norꝝ quis ter in humilitate & patientia: aliter in mãſuetudine &
ſit. pietate: aliter in his qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam:ali
ter in his qui cæteris bonis operibus inſeruiũt:aliter in
Ioan.15. ſpe futuræ retributionis, aliter in fide ſyncera & chari
tate perfecta, quia eaſdem uirtutes nemo à ſe habet:
ideo adiungitur. [Cui benedixit dominus.] Id eſt,qui
bus à diuina benignitate præſtatur bonum quod ha-
bent,unde ſibi uitam æternam adipiſci ualent. Sequi-
tur. [Det tibi deus de rore cœli,& de pinguedine ter-
ræ abundantiam.] Nos enim toties de rore cœli deſu
per benedictionem accipimus,quoties per infuſionem
ſancti ſpiritus de ſupernis gaudijs in mente aliquid de-
Pſalm. guſtamus. Vnde nos admonet Pſalmiſta dicens: Gu-
ſtate & uidete quoniam ſuauis eſt dominus. Cum uero
bona opera per corpus agimus,de terrena pinguedine
Perſeue- ditamur,& ea meditando, & exercendo bona & æter
rantia in na percipere præmia credimus. Non enim inchoanti-
bono ne- bus præmium promittitur, ſed perſeuerantibus datur.
ceſſaria. Sicut ſcriptum eſt. Qui perſeuerauerit uſque in finem,
Mat.10 hic ſaluus erit. Tunc enim placet deo noſtra cõuerſio,
quãdo bonũ q̃d inchoamus, perſeueranti fine comple
Eccleſi. 2 mus. Nam ſcriptum eſt. Væ his qui ſuſtinentiam perdi
derunt,id eſt,opus bonũ non conſummauerunt. Indul
gentia peccatorum, ſciendum, ubi,quando,uel quali-
bus datur. Vbi quippe,niſi inter eccleſiam catholicam?
2.Cor.6 Quando, niſi uenturam ante exitus diem: quia ecce
nunc tempus acceptabile,ecce nunc dies ſalutis? Quali-
Matth.18 bus,niſi conuerſis, qui per humilitatem ad paruulo-
rum tranſeunt imitationem? De quibus dicitur. Tali-
um eſt enim regnum cœlorum. Per Chriſtum domi-
num noſtrum. Qui cum patre.

¶Do-

¶Dominica III. in XL. lect. epist. beati Pauli apost. ad Ephesi. cap. 5.

FRatres, Estote imitatores dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

AD imitationē dei nos prouocat Apostolus fratres mei, ut in pręsenti lectione cum legeretur, audiuit dilectio uestra. [Fratres, estote imitatores dei sicut filij charissimi.] Si enim imitatores dei sumus, filij dei esse meremur, sicut ipse saluator ait. Vt sitis filij patris uestri qui in cœlis est. Quod non ideo dixit, quod in omnibus deum quis possit imitari, sed uerbi causa: Vt quomodo ille clemens est, & omnibus se inuocantibus miseretur, sic etiam in omnibus clementiam nostram, quantum possumus ostendere non dedignemur. Quod cum fecerimus, erimus filij dei dilecti. [Et ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis.] Qui pro aliorum salute in amore & uoluntate dei, quantum potuerit laborat, & usque ad mortem, si contigerit, contra peccatum dimicat, iste ambulat in charitate imitans Christum, qui nos in tantum dilexit, ut crucem pro nostra omnium sustineret salute. [Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in uobis sicut decet sanctos. [Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio.] Qui autem dei imitator esse desiderat, hæc omnia & his similia mala quæ enumerauit Apostolus, non solum in opere, sed in ipsa denique

Matth. 5

Imitator Christi quid facere debet.

cogitatione, atque animi delectatione, nec non & in omnibus corporis sensibus, in uisu, in auditu, in gustu, in odoratu, & in tactu, utique omni studio & deuotione solicite debet uitare. Et magis in dei laude, et gratiarum actione, in opere, & uoluntate, in cogitatu etiã & sermone debet esse semper intentus. Vnde sequitur: [Hoc autem scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immũdus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet partem in regno dei.] Hic subauditur. Quoniam qui his coram deo fuerit obnoxius & non sẽper confessionem & pœnitentiam emundauerit: & lachrymas in cõspectu dei pro peccatis suis non fuderit, nec eleemosynis peccata redimere uoluerit, hæreditatem in regno dei habere non poterit. [Nemo uos seducat inanibus uerbis.] Inania uerba & uacua nominauit quæ uidentur pulchritudinem quandam locutionis tenere & blandiri peccantibus, sed dum fiduciam peccanti tribuunt, magis eos ad æterna ferunt supplicia: quia de nulla re sic irascitur deus, quomodo si peccator superbiat, & erectus, & rigidus non flectatur in fletum, nec misericordiam postulat pro delicto. Vnde sequitur. [Propter hæc enim uenit ira dei in filios diffidentiæ.] Filij igitur diffidentiæ sicut & filij perditionis, & filij fornicationis, & filij mortis, & gehennæ dicuntur, & cætera his similia, qui non credunt iram comminantis dei super peccatores esse uenturam. [Nolite ergo effici participes eorum.] Neque in peccatis, neque in immunditia, neque in superbia, neq; in diffidentia uenturi iudicij dei super malos et bonos. Sequitur. [Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in domino. Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & ueritate.] Quam diu autem nesciebatis ueritatem, & ignorantes in malo fu-

lo fuistis occupati,et deo increduli,in tenebris et in umbra mortis fuistis. Nūc autem quia cognouistis deum imò & deus ipse uos in sua uoluntate, in fide,& opere esse cognouit,filij lucis & dei filij sitis,in omni bonitate,& iustitia,& ueritate uiuentes,et in uera fide manentes. Mala opera fugite, bonam uitam in omnibus habete,ut non ad æterna supplicia,sed ad æterna præmia ueniatis. Auxiliante gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi per quem & cum quo gloria patri cū spiritu sancto,nunc & semper in secula seculorū,Amē.

¶Feria IIII. lectio libri Exodi capite 20.

HAec dicit dominus deus: Honora patrem tuum & matrem,ut sis longæuus super terram, quā dominus deus tuus dabit tibi,& reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

OMnia igitur præcepta ueteris legis diligenter quidē scrutanda sunt fratres mei dilectissimi,& spiritaliter potius quàm corporaliter aliquando tractanda,quædam uero & corporaliter,& spiritaliter obseruanda. Vnde & ea quæ in præsenti lectione audistis,duobus modis (sicut diximus) intelligenda & adimplenda sunt,ait enim: [Honora (inquit) patrem tuum & matrem.] Nam spiritalis pater noster deus est,conditor omnium creaturarum, qui nos unigeniti filij sui domini nostri Iesu Christi sanguine ab æternæ mortis captiuitate redemit,& suos nos filios per gratiam & misericordiam suam esse concessit, si in eius uoluntate & præceptorum eius obeditione uolumus persistere. Quem procul dubio si æternæ beatitudinis fieri uolumus participes,omnimodis necesse est honorare et ex toto corde,tota anima,totaq; uirtute diligere, eiúsque amori & uoluntati nihil præponere, & præ

omnibus & per omnia, ipsum solum deum credere, uenerari & adorare. Mater enim nostra spiritalis ipsa est ecclesia, sponsa filij dei uiui, quam sibi ipse dominus noster Iesus Christus proprio suo sanguine acquisiuit, & sibimet ad ueram sponsam & immaculatam copulauit. Quæ nos quotidie per fidem uel baptisma parturit deo, & filios dei fieri salua sua uirginitate enutrit per euangelicam doctrinam, quam nos similiter omnimodis operibus sanctitatis & iustitię, pietatis & mansuetudinis, humilitatis, & patientiæ, sobrietatis & modestię, fidei, spei, & charitatis, obseruatiõe & constantia uenerari debemus. Quæ nos quotidie lacte spiritali inebriat, & reficit sacra uidelicet doctrina & eruditione cœlesti, quæ nos non solum filios dei fieri, sed etiam hæredes & comparticipes Christo æterni efficit regni, si mundo & casto corde & corpore in bona uoluntate dominum Christum imitari uolumus. Tamen carnalem patrem & matrem, de quibus secundum carnem nati sumus, honore debito in his quæ domini nostri Iesu Christi non sunt cõtraria uoluntati, cum omni fideli seruitio & obeditione debemus honorare. Si autem ab his quę domini sunt pręcepta nos retrahere uel impedire uoluerint, tantum quod nostrũ est faciamus, si ad fidem eos, & ad Christi cõcordiam non ualemus admonendo & exhortando perducere, abscidamus eorum à nobis impedimentum, secundum ipsius domini euangelicum pręceptum. Si oculus tuus dexter, aut pes, aut manus scandalizat te, erue eum & proijce abs te. Et alibi ait: Qui amat animã suam plus quam me, non est me dignus. Tali igitur consideratione & honore dei, uel parentum, cum aliarum augmentatione uirtutum, uitam quisque æternæ beatitudinis potest promereri. Vnde subdit. ¶ Vt bene sit tibi, & sis lon-

Ephesi. 5

Mater nostra spiritalis q̃ sit.

Parentes quomodo honorandi.

Matth. 18

Mat. 10

longęuus super terram, quam dominus deus tuus dabit tibi.] Non enim bonum hic præsens talibus promittitur, nec etiam longęuitas terrenæ uitæ, sed terra beatitudinis sempiternæ, quam dominus in euangelio mitibus promittit, in qua iusti et electi dei habitabunt in seculum seculi. De qua & Psalmista dicebat: Credo uidere bona domini in terra uiuentiũ. Id est, ęterna bona quæ pręparauit dominus his qui diligũt eum. Nam supradictus honor qualiter custodiri debet, paucis uerbis ostenditur cum subditur. [Non occides: non mœchaberis: non furtum facies: non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium: non concupisces domum proximi tui: nec desideres uxorem eius: non seruum, non ancillam, non bouem, nõ asinum, nec omnia quæ illius sunt.] Qui autem hæc obseruauerit corporaliter & spiritaliter, recte dominum patrem, & matrem ecclesiam honorat & ueneratur, & præmia pro his regni cœlestis merebitur percipere. Qui autem aliquid horum commiserit, recurrat cito ad spirituale medicamentum pœnitentiæ & confessionis, sine quo nequaquam salui fieri possumus: Id est, nisi confiteamur pœnitentes, quod inique egimus negligẽtes. Qua propter sapienter ac fideliter hæc cogitantes, ad pœnitentiæ remedia confugiamus. Et per castitatem & humilitatem, per opera iustitiæ & misericordiæ æterna nobis præmia apud dominum comparemus, auxiliante domino nostro Iesu Christo. Qui cum pat.

Matth. 5 Psalm. 26 1 Cor. 2 Medicina uera quæ sit.

¶Feria V. lectio Hieremiæ prophetę. capite 7.

IN diebus illis. Factus est sermo domini ad Hieremiam dicens. Sta in porta domus domini, & prædica ibi uerbum istud & dic. Audite uerbum domini

omnis Iuda qui ingredimini portas has, ut adoretis dominum. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

QVid est quod audiuimus in prophetica lectione fratres charissimi. [Factum est uerbum domini ad Hieremiam prophetam dicens. Sta in porta domus domini, & prædica in ea uerbum istud & dic. Audite uerbum domini omnis Iuda, qui ingredimini portas, ut adoretis dominum,] nisi quod Hieremias ecclesiasticos signat doctores, & per domus Iuda, ad quos per eum factus est sermo domini, omnes deum confitentes uult intelligi? Vnde & per eum cæteris doctoribus iussum est, ut stent in altiori loco, uel in porta domus domini, per quam adorandũ dominum populus ingreditur, uerbum domini prædicando, & per occasionem & celebritatem loci audire cogantur uerbum domini. [Hæc dicit dominus exercituũ deus Israel. Bonas facite uias uestras & studia uestra.] Clementissimus medicus omni cupit medicamine ægrotos sanare, qui peruersas uias nostras in multis esse cognoscit. Ideo ad meliorem nos uiam, id est, ad meliora nos opera blande & leniter prouocat, & præmia etiam hoc facientibus promittit, cum dicit: [Et habitabo uobiscum in loco isto.] Naturale est enim unicuique homini genitale diligere solum, & nihil dulcius patria habere, ideoq; nobiscũ deus se promisit habitare: Quia qui in eius sanctificatione quam in baptismo ab eo accepit feliciter permanserit, ipse in eo habitare dignatur, ut ait Apostolus: Vos enim estis templum dei uiui, et spiritus sanctus habitat in uobis. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Quisquis enim tam beatus erit in hoc seculo, ut deus cum illo habitare dignetur, ipse proculdubio cum deo habitabit in uita æterna. Vnde sub-

Templũ dei quis dicatur.
2. Cor. 6
1. Cor. 3

de subditur: [Nolite confidere in uerbis mendacij dicentes: Templum domini, templum domini, templum domini est.] Precepit autem tunc populo Iudæorum, & hodie nobis præcipit, qui uidemur esse in ecclesia cõstituti, ne fiduciam habeamus in splendore terrestrium ædificiorum, sed ut corda nostra rimemur, & dignum deo habitaculum mundo corde, & corpore casto per opera pietatis & iustitiam, per pacem & concordiam, per humilitatem & patientiam, per spem, fidem, et charitatem præparemus. Quia illud templum domini est, in quo habitat uera & conuersatio sancta, omniumq; uirtutum chorus. Vnde subinfertur: [Quoniam si rectas feceritis uias uestras, & studia uestra & non abieritis post errorem & secuti fueritis iustitiam, et malum non feceritis. Si feceritis iudicium inter uirum & proximum eius. Aduenę, pupillo, & uiduę non feceritis calumniam, & sanguinem innocentem non effuderitis, & post deos alienos non ambulaueritis in malum uobismetipsis: habitabo uobiscũ in loco isto. Vosq; mecum in æterna gloria habitare faciam in secula seculorum.] Si enim membra nostri capitis Christi domini nostri in castitate & uera munditia fieri contendimus, & unum omnes in Christo per ueram dilectionẽ corpus, ipse in nobis caput nostrũ est Christus, & ubi ipse utique cum gloria ascendit in corpore, eo nos ascensuri sumus sempiterna in gloria. Auxiliante nos ipso domino nostro Iesu Christo, cui est unà cum deo patre, simul cum sancto spiritu, honor, maiestas, & summa potestas, per æterna secula, Amen.

Templũ quomodo deo pręparatur.

Ioan. 5.

¶In sabbato, lectio Danielis prophetæ. capite 13.

IN diebus illis. Erat uir in Babilone, & nomen eius Ioachim, & accepit uxorem nomine Susannam, filiam

liam Helchiæ pulchram nimis, & timentem dominū. & cætera.

Homilia lectionis eiusdem.

IN præsenti lectione quam audistis dilectissimi, nobis lectum est de Susanna nobilissima fœmina, quæ nobis formam pudicitiæ, & exemplū præbuit castitatis. Hæc quidē pulchra facie erat sed pulchrior moribus. Maior autem erat in illa pulchritudo animi, quam corporis: quia pulchritudo corporis tēporalis est, animæ autem pulchritudo est æternalis. Non enim corporalibus erat ornata monilibus: non inaures habebat in corpore: non anulos: non margaritas, sed intus plena erat omni ornamento uirtutum. Nam pro inauribus habebat uerba diuina: pro anulo fidem decoram: pro margaritis opera preciosa, quibus quotidie speciē mentis suæ, & animam decorauit. Hoc etiam exemplo beatus apostolus Petrus, mulieres inter cætera hortatur dicens. Sint deniq; mulieres sanctæ, ornantes se nō in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut ueste preciosa, sed seruantes castitatem per opera bona. Vnde multum errāt delicatæ mulieres, quę non putant esse se speciosas, nisi se contra sententiam Apostoli, huiusmodi induant ornamentis, uere talis earum præsumptio, creatoris est indignatio. Quid faciem tuam candoribus, uel ruboribus obducis quasi emendes in te dei figurationem, qui tibi qualem uoluit, faciem fecit? Illud enim quod in te naturale est, opus dei est creatoris, quod uero de tuo addis, argumētum diaboli est, qui uult opus dei adulterare. Quid te ornare desideras auro, uel uestibus preciosis quæ ornata esse debebas fide & moribus sanctis? Si ergo deo desideres placere, sequere exemplum Susannæ: Esto casta, esto pudica, esto moribus honesta, esto operaria iusta & satis es speciosa, &

[Margin: 1.Pe. 3 / 1.Tim. 2 / Mulierū ornamenta quæ sint.]

ſa, & non ſolum deo, ſed etiam hominibus precioſa. Hæc enim ſpecies etiam placere conſueſcit marito, ſi in uxore ſua ſpecioſos actus & decorem mentis inuenerit. Nam dicitur de Suſanna, Parentes enim eius erant iuſti, & erudierunt filiam ſuam ſecundum legem Moyſi. Hoc etiam teſtimonio utendum eſt fidelibus Chriſtianis, ut erudiant ſecundum legem dei filios, & filias ſuas. Suſanna igitur cauſa pudicitię etiam mortem contempſit. Nam abdicatur à duobus perditis ſenioribus, accuſatur quaſi rea, dãnatur quaſi adultera. Sed ſancta & admirabilis fœmina maluit ſalua pudicitia mortem ſubire, quàm ſub mala conſcientia uiuere. Cum tamen duceretur ad mortẽ, excitauit deus ſpiritum pueri Danielis, qui deſiderabilis dei dicitur, qui & innocentiam pãderet Suſannæ, & accuſatorum calumniam perderet. Vnde factum eſt iuſto iudicio dei, ut Suſanna innocens liberaretur, & presbyteri falſi accuſatores, atque adulteri digna morte perimerentur. Quos rex Babylonis frixit in igne propter iniquitatem quã fecerunt in Iſrael & quia adulterabant uxores ciuium ſuorum. Suſanna ergo figuram demonſtrabat eccleſię, in exemplo ſcilicet pudicitiæ & caſtitatis: quia fide & conuerſatione ſua in paradiſo Chriſti manebat, ſicut & omnis in eccleſia fidelis, in caſtitate morum, & in ſanctitate bonorum operum, in fide recta, in ſpe firma, in charitate perfecta deo Chriſto capiti ſuo placere contendit. Caſtitas denique & pudicitia cum ieiunio ſubleuantur. Quia ad hoc ieiunamus, non ut tantum à cibo abſtineamus, ſed ut ab omnibus carnis uitijs ſeparemur: Id eſt, à libidine corporis, à concupiſcentia animi, à cogitationibus prauis, ab odio & inuidia, à detractione & murmuratione, à furore & iracundia, ab omnibus ſimul uitijs & peccatis. Verum abſtinere

Viciorũ Ieiuniũ Caſtitatis cuſtos.

nere solũ à cibo nullũ ieiuniũ est. Quapropter cum ieiu-
Exercitatio corporalis ad modicum utilis est. namus, maxime à uitijs abstinere debemus, ne dicatur
nobis à domino per prophetam: Non tale ieiuniũ ele-
gi, dicit dominus. Qui ergo Susannam mulierem ca-
stam, coniugem fidelem à falso testimonio seniorum
defendit, ipse liberauit & uirginem Mariam à falsa su-
Esaiæ 58 spicione. Inuenta est ergo & uirgo illa prægnans, ad
Lucæ 1 quam uir non accesserat. Vterus quidem fœtu tumue-
Matth. 1 rat, & uirginalis integritas manserat: Seminatorem fi
dei fide conceperat dominum qui suum corpus uiola-
ri non permiserat. Merito tamen Ioseph tanquam ho
mini uenit in suspicionem quod hoc aliunde esse crede
bat, quod de se non esse sciebat. Sed & ipsam alij de ad-
ulterio grauidam esse suspicabantur. Licet cuiquam
de filio mala suspicari, sed filio non licet calumniari. Vti
que suspicaris malum, sed optas inuenire bonum. Qui
beneuole suspicatur, uinci cupit. Tunc enim bene læta-
tur, quando falsum inuentum fuerit, quod male suspica
tur. Venit ergo & uirgo in falsam suspicionem, sed si-
cut pro Susanna adfuit in Daniele spiritus, sic Mariæ
domini adfuit angelus. Gaudebant paulo ante coniu-
gatę ad Susannam, gaudete uirgines ad Mariã. Vtrę́q;
teneant charitatem. Illę coniugalem, istę uirginalem.
Vtraque enim castitas habet apud dominum meri-
tum. Ergo unusquisque fratres mei pro dono quod ac
cepit, certet in hoc seculo, ut uincat in futuro. Per do-
minum nost.

¶Dominica IIII. lectio epist. beati Pauli apostoli ad Galatas cap. 4.

FRatres, Scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libe-
ra. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus
est. Qui autem de libera, per repromissionem. Quæ
sunt

sunt per allegoriam dicta. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

EX lectione apostolica audistis fratres charissimi, duorum populorum, uel duorum testamentorum figuram, id est, fidelium & infidelium, per duos Abrahę filios esse prędictam. Vnde dicitur: [Scriptum est enim quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est, qui autem de libera, per repromissionem.] Ismahel secundũ affectum natus est carnis & ex ancilla, quod intelligitur & eadem caro hominis esse secundum rectam obseruationem legis naturæ: Quia quisquis recte in lege uiuit naturali anima eius quæ ad imaginem dei facta est, & est immortalis, dominatur corpori, quod est de puluere terrę creatum, & non eius delectationibus consentit obediendo, sed spirituale illud coartat desiderium. Vbi autem peruerso ordine corpus suas concupiscentias implet, ibi iniuste in seruitutẽ redacta est anima, & ancilla carnis esse dicitur. Isaac autem per repromissionem natus est de libera, qui iam refrigescente carnali delectatione parentum, per dei tantũ repromissionem natus est, cum iam nec pater generare, nec mater potuit parẽre, sed dei uirtute & gratia, de sterili natus est matre. [Quæ sunt per allegoriam dicta,] quia aliud in uerbis, aliud in figuris ostendunt. Ac proinde, hæc omnia spiritualiter docemur intelligere. Nos autem quamdiu in infidelitate, uel in carnali uiuimus delectatione, ancillæ ubera sugimus, id est, carnis opera facimus. Cum uero ad fidem uenimus, & ad remissionem peccatorum, quam in baptismo per dei gratiam accepimus, iam non sumus ancillæ filij, sed liberæ matris nostrę ecclesiæ, & iam non licet nobis carnaliter, sed spiritualiter in

Ancilla caro dicitur.

Rom. 6

Ancillæ ubera carnis opera

ter in die uiuere uoluntate. [Hæc enim sunt duo testa menta.] Hæ duæ matres unius uiri uxores, duas leges ab uno deo datas, uetus & nouum testamentum signi ficant, id est, lex literæ pro ancilla habetur, quia nemi- nem ad ueram libertatem perduxit. Lex enim gratiæ spiritalis omnes quos genuerit, liberos facit. Sed qui

Ioan.8 post baptismum peccatis seruiũt, ipsi se faciunt seruos.

2.pet.2 [Vnum quidem à monte Sina.] Vbi lex literæ data est, quæ omnis in seruitutem generat ut Agar. [Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Hierusalem, & seruit cum filijs suis,] siue in le ge literæ, siue etiam in carnali opere in ecclesia com- memorando. [Illa autem quæ sursum est Hierusalem, libera est quę est mater nostra,] quæ uel ecclesiam ele ctorum significat, uel etiam cœlestem ciuitatẽ, in qua cum sanctis angelis, in æternis gaudijs coram deo per

Filiorum promissi onis uita quæ sit. manere debemus. [Nos autem secundum Isaac pro- missionis filij sumus,] quia de libera matre nostra ec- clesia nati sumus: oportet nos in eadẽ libertate perma nere, in spe firma, & fide recta, charitate non ficta, in obeditione mãdatorum dei, in uoluntate sancta & per

Gal.5 fecta coram deo. Non etiam nos iterum per peccatum seruituti subijcere, & esse filios ancillæ, id est, carnali cõ cupiscentiæ deseruire. Sequitur. [Sed quomodo tunc qui secũdum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum ita & nunc.] Scimus enim quia infidelis ubiq; populus, sicut deo est per iniqua & infi- delia opera contrarius, ita etiam & fidelium ubiq; est persecutor & nocens. Quem typum etiam in ecclesia

Boni à malo sem per perse quuntur. multi opera diaboli facientes tenent, quorum proh do lor quam plurimi etiam deteriores infidelibus esse pro bãtur. In fornicatione, in adulterio, in rapina, in furto, in periurio, in homicidijs, in augurijs etiam pagano-

rum,

rum,atq; sacrilegijs,in incantationibus,in maleficijs,& in omni malitia cōmanentes. Quos si quis forte corripit et emendare desiderat, despiciunt: et quantū audent aut ualent,persequuntur, & non solū eos odio habēt, sed etiam doctrinam eorum,uel exempla sanctæ conuersationis, quantum possunt pessimis & iniustis detractionibus diffamare contendunt. Vnde fratres si quis uestrum in se cognouerit aliquid horum,recurrat ad matrem suam ecclesiam: det suam coram deo sacerdotibus confessionem,agat de præteritis pœnitētiam: redimat se eleemosynis iustis, id est, de suo proprio cū iustitia acquisito: caueat se de futuro,& audiat quod sequitur, [Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium eius; non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres,non sumus ancillæ filij, sed liberæ. Qua libertate Christus nos liberauit.] Cauendum est omnimodis fratres mei unicuique nostrum, ne de libertate uera, qua nos mater nostra ecclesia per gratiam dei tam liberos genuit,ut filij dei & fratres Christi,& comparticipes cum eo regni cœlestis fieri possimus,nos iterum per mala opera, & per delectatiōem carnis seruos peccati esse faciamus, quia qui facit peccatum,seruus est peccati: Sed potius dei auxiliante gratia,pio studio in ea libertate qua nos Christus liberare dignatus est,omni adnisu,omni solicitudine & circumspectione,contra callidissimi hostis insidias cauti permaneamus,ut ad ęternam hæreditatem regni cœlestis cum Christo ad ueramq; libertatem peruenire mereamur. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Impius quomodo reconciliatur deo.

Tobiæ 4.

Danie. 4.

Rom. 6

1.Pet.2

2.pet.2

Ioan. 8

¶Feria secunda,lectio libri Regum.

3. Regum 3.

IN diebus illis. Venerunt duæ mulieres meretrices ad regem Salomonem,steteruntq; coram eo. Qua-

f rum

rum una ait. Obſecro mi domine, ego & mulier hęc ha bitabamus in domo una, & peperi apud eam in cubiculo. Et reliqua.

Homilia lectionis eiuſdem.

DE iudicio Salomonis inter mulieres, ex quibus una filium quem lactare conſueuerat dormiens occiderat, audiuit in præſenti lectione dilectio ueſtra. [Venerunt inquit duæ mulieres meretrices ad regem Salomonem, ſteteruntq́ꝫ coram eo. Quarũ una ait. Obſecro mi domine, ego & mulier hæc habitamus in domo una, & peperi apud eam in cubiculo. Tertia autem die peperit & hæc, & eramus ſimul, nullusq́ꝫ alius nobiſcum. Illa quippe nocte dormiens, oppreſſit filium ſuum. Surgensq́ꝫ clam nocte me dormiente, & tulit filium meum de latere meo uiuentem, & collocauit in ſinum ſuum. Mortuum autem filiũ poſuit in ſinum meum. Reſponditq́ꝫ altera & dixit. Non eſt ita, ſed filius meus uiuit, tuus autem mortuus eſt. Et ita contendebant coram rege.] Quid enim per has mulieres niſi doctorum ordo, & quid per earum filios, niſi perſona diſcipulorum ſignatur? Nam doctores quidam nimirum ſcientia uigilantes, ſed praua uita dormientes, & auditores ſuos quos uigilando per prædicationem nutriunt: dum quod dicunt facere negligũt per ſomnũ torporis, uel malis exẽplis occidunt, etiã & ſemetipſos negligẽdo, & ſua deſideria implẽdo diſcipulos ſuos opprimũt, quos alere uerborũ lacte uidebãtur. Vnde plerunq́ꝫ fit, ut dum ipſi reprehenſibiliter uiuunt, & ideo habere diſcipulos uitæ laudabilis nequeunt: Alienorũ bonos diſcipulos ad ſe per fauorẽ attrahere conantur, & ita dũ bonos ſe habere ſequaces fallaciter oſtẽdunt, apud iudicia hominum excuſant mala quæ agunt, & ſuorum, ac ſibi ſubditorum uitam mortiferam callida

Doctorũ diuerſitas

occul-

occultare student nequitia, & bonæ uitæ ab humano ore fauorem fallaciter querunt. Sicut & hęc mulier quę dum filium extinxisset proprium, quæsiuit alienum. Sed tamē Salomonis gladius inuenitur qui in isto iudicio Christi gessit figuram. Vnde subiungitur: [Tunc rex iussit afferri gladium. Cumq; attulissent gladium, rex ait. Diuidite infantem uiuum in duas partes, & date dimidiam partem uni, & aliam alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat uiuus ad regem. Obsecro domine, date illi infantem uiuum & non occidatur. Commota sunt quippe uiscera eius super filio suo.] Nā prauorum doctorum, uel etiam bonorū, quorum fructus uiuat uel intereat, extremi iudicij demonstrat examen. Vbi & aliud est solerter intuendum, quod uiuens filius prius diuidi præcipitur, ut soli postmodum matri uiuus reddatur. Quia in hac uita quasi partiri cōceditur uita discipuli: Dum ex illa nonnunq̄ alter apud dominum meritum, alter uero apud homines laudem habere permittitur. Sed falsa mater, eum quem non genuit filium, occidi non metuit: Quia arrogantes magistri, & charitatis exortes, si plenissimum nomen laudis ex alienis discipulis consequi nequeunt, eorum uitam crudeliter insequuntur, & eorum bonām famam conuitijs destruere conantur. Inuidiæ enim facibus succensi nolunt ut alijs ad exemplū uiuant quod se conspiciunt non posse possidere. Vnde & peruersa mater clamat, & dicit [Nec mihi nec tibi sit, sed diuidatur.] Vt enim diximus mali doctores quos sibi obsequi non uident ad gloriam temporalem, eos alijs inuident uiuere per ueritatem. Vera autem mater satagit, ut eius filius saltem apud extraneam sit, & uiuat. Quia concedunt ueraces magistri, ut uel laudem habeant extranei, si tamen integritatem uitæ discipuli non amittant. Per,

Iudicium futurum Salomonis gladius.

quæ pietatis uiscera uera mater agnoscitur, quia magisterium in examine charitatis approbatur, & sola totum amittere potius uoluit, quàm extingueretur, quia fideles sui propositi, pro eo quod ex bonis discipulis suis, non solum laudem alijs non inuident, sed utilitatem eius etiam profectus exorãt. Ipsi etiam demum & integros & uiuentes filios recipiunt. Quando in ultimo examine ex eorum uita perfecte retributionis gaudia consequuntur. Per deũ dei filium conditorem mundi. Qui uiuit & reg.

¶Feria IIII. lectio Esaiæ prophetæ. capite 1.

HAec dicit dominus. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: discite benefacere. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

IN omnibus scripturis diuinis fratres charissimi, utiliter ac salubriter admonemur, ut peccata nostra iugiter confiteamur, & humiliter defleamus, maxime tamẽ ut hoc fiat in præsenti lectione admonet nos propheta dicens: [Lauamini, mundi estote.] Lauamini inquit per effusionem lachrymarum de peccatis quę perpetrastis: mundi estote per confessionem, Siue lauamini per pœnitentiam: Mundi estote redimendo eleemosynis peccata uestra. Lauatur itaque & mundus est, qui & prętérita fortiter plangit, & iterum flendo non admittit. Lauatur & mundus non est, qui plangit quod gessit, nec tamen deserit, & post lachrymas hæc quod fleuerat repetit. Vnde his Petrus apostolus dicit. Canis reuersus ad suum uomitum. Si enim uolumus ut deus nostrorum obliuiscatur peccatorum, recordari econtra nos eorũ omni solicitudine debemus & confessione no-

Tobiæ 4

2. Pet. 2

Prou, 26

ne noſtra pura, uel emendatione condigna, in lachrymis & eleemoſynis, eorum à dño deo noſtro auferre memoriã. Vnde ſubditur: [Auferte malum cogitationum ueſtrarum ab oculis meis.] Ac ſi diceret. Non ſolum enim peccata quæ operibus geſſiſtis, uerum etiam & quæ in cogitatu malo ſubrepſerant, etiam quæ per linguam prolata ſunt à uobis mala auferte ab oculis, et à memoria dei per pœnitentiam & confeſſionem, quia libenter deus obliuiſcitur quod nocentes ſumus, & peccatores, ſi nos uiderit ueraciter pœnituiſſe mala quę fecimus: Ideoq; neceſſe eſt, ut hoc unuſquiſque tegat ab oculis dei, quod temerarius appetitus, aut ignorantiæ traxiſſe notatur neglectus. Duplex eſt enim pœnitentiæ gemitus, uel dum plangimus quod male geſſimus, uel quod non egimus, quod agere debuimus. Sed ille uere pœnitentiam agit, qui nec pœnitere præterita negligit, nec amplius pœnitenda committit. Vnde & Ioannes dicit: Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Quid eſt ergo aliud fructus dignos pœnitentiæ facere, niſi cum præterita plangimus peccata, ulterius plangenda ne committantur cauere: Diuertere à malo (ut Pſalmiſta docet) & facere bonum? Vnde in conſequentibus adiungitur. [Quieſcite agere peruerſe, diſcite bene facere.] Nihil enim prodeſt quod quis peccata deſerit, ſi non etiã poſt ea faciat bonum. Quid enim prodeſt ſpinis purgare agrum tuum, ſi non etiam aratro ſcindes eum, & feres in eo ſemen, unde gaudeas in futuro? Ita & qui deſerit peccata, & ea non plangit pœnitendo, nec bonum poſt ea facere conſueſcit, nunquid fructuoſum eſt peccata deſerere, & bona non facere? Deſerenda ergo ſunt & plangenda peccata præterita, & præſentia atque futura cauenda, poſt ea tamen bonorum operum fructu redimenda & delenda ſunt. Vn

Pœnitentiæ gemitus duplex.

Matth. 3
Lucæ 3

Pſalm. 33

Bonum operari neceſſarium eſt.

de subditur: [Quærite iudicium: subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite uiduam: & uenite & arguite me dicit dominus.] Cum autem dicit, quærite iudicium, ostendit non esse omnium recte iudicare, sed eorum qui prudentes sunt. Iniustum ergo iudicium in omnibus cauendum est, quia à prauis iudicibus grauius lacerantur pauperes, quàm à cruentissimis hostibus. Qui enim deuastant pauperes multi sunt, qui uero populos iusta lege regunt, rari sunt. Plerunque enim boni iudices malos ministros habent, propter quorum scelera damnantur & ipsi, si non prohibent illis rapacitatis malitiam, quia non solum qui faciunt, sed qui consentiunt mala facientibus peribunt. Nam qui dei iudicia oculis suis proponit, semper timens, tremensq́ est in omni iudicio, formidans, ne de iusti iudicij tramite deuians cadat. Inde ergo boni iudices admoneantur subuenire oppresso in iudicio, & uiduam defendere, & pupillum ab importunis tueri personis. Sequitur. [Cũ autem (inquit) hæc feceritis, arguite me,] si non reddidero præmia quæ pollicitus sum uobis. Sequitur: [Et si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi uermiculus, uelut lana alba erunt.] Nullum enim tam magnum peccatũ est, quod non in confessione & pœnitentia deleatur, uel eleemosynarum largitate emendetur. Vnde ait propheta. Nunquid qui cadit, non resurget? et alibi. Quandocunq; ingemueris, tunc saluus eris. Et sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatũ. Ideo demus ista temporalia, ut mereamur æterna. Per dominum nostrum Iesum.

Iudicia raro sunt iusta. *Iudices iniqui cruentissimis hostibus periculosiores.* *Rom. 1* *Iudicij iusti præmium.* *Penitentia omnia peccata deleri possunt.* *Hiere. 8* *Ezech. 18* *Tobiæ 4* *Lucæ 16*

¶Feria V. lectio libri Regum.

4. Reg. 4.

IN diebus illis. Venit mulier Sunamitis ad Helisęum in mon-

in montem Carmeli. Cumq́ uidiſſet eam uir dei de-
contra,ait ad Gihezi puerum ſuum.Ecce Sunamitis il-
la.Vade ergo in occurſum eius,& dic ei. Recte ne agi
tur erga te & circa filium tuum & uirum tuum? Quæ
reſpondit.Recte. Et reliqua.

Homilia lectionis eiuſdem.

QVanta ſit uel fuerit miſericordia conditoris erga noſtram omnium ſalutem, nulla humana lingua ualet enarrare. Tamen per miracula præſentis lectionis quam audiuimus noſtræ etiam redemptionis figuram demõſtratam poſſumus accipere. [Venit enim mulier Sunamitis ad Heliſæum,et apprehendit pedes eius, & unicum filium ſuum à morte ſuſcitare rogauit. Acceſſitq́ Gihezi ut amoueret eam Et ille dixit: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum et pone ſuper faciem pueri. Porro mater pueri ait: Viuit dominus, et uiuit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo Heliſęus,et ſecutus eſt eam.Gihezi autem præceſſerat eos,et fecit ſicut præceperat ei,et non ſurrexit puer.] Quid uero per Gihezi, niſi Moyſes legis lator. Et quid per baculum Heliſæi, niſi lex literæ deſignatur? Quid uero per puerum niſi humanum genus figuratur? Et quid per Heliſęum,niſi autor ipſe humani generis dicitur? Qui ut Heliſæus puerum mortuum, ita humanum genus in peccatis mortuum doluit, quod ſeductum ſuaſione diaboli,& iniquis operibus extinctum miſeratus aſpexit,quia per Moyſen terrorem legis protulit,quaſi per diſcipulum uirgam miſit. Per legem quippe uirgam deus miſerat, cum dicebat. Si quis hoc uel illud fecerit, morte moriatur. Nos Exodi igitur à peccati morte timor ſuſcitare non potuit, ſed Numeri ad ſtatum uitæ,eius manſuetudinis et miſericordię gra Liui. tia erexit. Quod uero diſcipulus puerum cum baculo Deuter.

Heb. 7 non resuscitauit, quid est, nisi quod Paulus dixit, quia lex ad perfectum nihil adduxit? [Inde ipse Helisæus ueniens, et ingressus domum, clausit ostium, ac misit se super puerum, et calefacta est caro pueri, & reuersus iterũ huc et illuc deambulabat et incubuit se septies super puerum, et reuixit.] Quia dominus ac saluator noster qui erat deus ante secula, homo in fine seculi fieri dignatus est, ut à peccatis nos morte liberaret, & immortalitatem quam in Adam perdidimus, reformaret. Misit ante se legem & prophetas, & nequaquam mortuum suscitare potuerunt genus humanum. Venit ipse, et multa obprobria propter nos sustinuit, ad ultimum etiam pro nobis crucem sustinuit, et suo sanguine comparauit. Illucq; deambulauit, quia & gentem propriã Iudæorum, et gentilem etiam populum de longinquo ad suam gratiã et fidem uocauit, ac septiformem humano generi gratiam tribuit, & mortuum quem lex non potuit excitare sui amoris gratia suscitauit ad uitã. Qua propter charissimi solicite cogitãda & consideranda sunt omnia hęc, et q̃d nos diuina scriptura docet, imitandũ, cum dicit: Fili ne tardes conuerti ad deum, quia nescis quid uentura pariet dies. Audiamus etiam quomodo per prophetam dominus nos ad conuersionem inuitat ubi dicit. Hodie si audieritis uocem eius, nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione. Quod autem dicit hodie, omne tempus quod uiuimus indicat, etiam usq; ad ultimam (si ita res accidit) senectutẽ. Non enim temporis longitudine, sed affectus sinceritate pœnitẽtia pensatur. Aut non legimus Leuitas peccatũ illud grauissimũ in deserto nõ tẽporis longitudine sed unius diei exigua hora diluisse? Sed & latro ille qui pẽdebat in cruce, non eguit prolixitate temporis, ut ingressum paradisi mereretur, sed tantum ei spa-

Gal. 4

1. Pet. 2

Eccles. 5

Psal. 94

Pœnitentia nõ tẽporis longitudine sed affe-

ſpacij ſufficit, donec unum poſſit proferre ſermonem, ita, ut intra momentum temporis, totius uitæ ſceleribus abſolutus, præcedere ad paradiſum etiã apoſtolos mereretur. Quid autem & martyres, nonne frequenter uidemus una die, interdum uero & ſub unius horę ſpacio, coronas ſumere ingẽtium prẽmiorum? Et ideo audiendum eſt tantummodo, & promptis atque incitatis animis aggrediendum, ut quadam uelut indignatione permoti, iraſcamur aduerſum deceptricem noſtram libidinem, & affectũ atque amorem noſtrum couertamur ad ueram & ad ęternam noſtram ſalutem & uitam, dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum. Qui cum patre & ſancto. ctus ſinceritate pẽſatur.

¶Sabbato, lectio Eſaiæ. capite 49.

HAec dicit dominus. In tempore placito exaudiui te: & in die ſalutis auxiliatus ſum tui. Et reliqua.

Homilia lectionis eiuſdem.

IN præſenti lectione per prophetam nos dominus admonet dicẽs. [In tempore placito exaudiui te: & in die ſalutis auxiliatus ſum tui.] Tempus placitum & oportunum, diesq́; ſalutis uita præſens eſt, in qua per ſtudium ſanctæ conuerſationis, uel per affectum æternæ uitæ placere nos diuinæ poſſumus maieſtati, 2. Cor. 6
ſalutem & uitam promereri beatitudinis ſempiternæ, Ideoq́; neceſſe eſt, ut quales in iudicio coram domino adſtare cupimus, tales nos dum licet in hoc ſeculo bonis operibus præparemus. Ioan. 9
Quia nunc eſt tempus laborandi, tunc autem accipiendi quicquid promeretur. Mat. 25
Siue etiam tempus placitum & dies ſalutis paſſio & reſurrectio fuit domini Chriſti ſaluatoris noſtri, cũ pro noſtra uita & ſalute paſſus eſt & reſurrexit. Vnde ſequitur: [Et ſeruaui te, & dedi te in fœdus populi.] His

uidelicet in pacem & benedictionem, qui in Christum credere uoluerint. Moxq; subditur: [Vt suscitares terram.] Id est, corda infidelium, quæ idololatriæ deseruiebant erroribus. [Et possideres hæreditates dissipatas.] Animas quæ deum habitatorem non habebant, conuerteret ab erroribus suis, & suimet templum efficeret per gratiam sancti spiritus sui. [Et diceres his qui erant in uinculis, exite,] id est, ut eos qui uinculis peccatorum suorum stringebātur eriperet. [Et qui in tenebris, reuelamini,] id est, his qui in tenebris ignorantiæ uel infidelitatis fuerant obscurati, lumen scientiæ & agnitionis diuinæ suæ pietatis illustraret. [Super uias pascentur, & in omnibus planis pascuæ eorum.] Qui postquam conuersi à malitia sua fuerint, & per gratiam dei Christum ueraciter agnouerint, & eius inceperint obedire præceptis, pascentur in uijs, & semitis, id est, in omni sanctarum scripturarum doctrina, diuina libenter auscultantes, & adimplentes man-

Psalm. 22 data, ita ut dicant cum propheta: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit. Vnde subditur: [Non esurient neque sitient,] quia qui in istis & huiusmodi uijs atque semitis per sanam sunt doctrinam atq; per eorum exempla patrum eruditi, non fame uerbi dei esurient amplius, neque sacræ doctrinæ fluentis sitient. [Et non percutiet eos æstus & sol, quia miserator eorum reget

Rom. 8 eos, & ad fontes aquarum potabit illos.] Quia nec æstus malæ concupiscentiæ talibus nocere præualet, nec aduersa nec prospera à uia recta frangere: quia fides illorum, atque dei gratia eos ab omni tentatione diaboli protegit atq; defendit. De quibus subinfertur: [Et ponam omnes montes meos in uiam, & semitæ meæ exaltabuntur.] Omnia offendicula, id est, superbam seculi sapientiam, uel etiam carnalia huius mundi deside-

ria, quæ credentium animarum uiam ad æterna bona festinantium possunt impedire, ea dominus sua pietate in se confidentibus conuertit in planum: ita ut hæc omnia quæ ad seculi huius pertinent exaltationem uilescere cœperint, & iter habebunt ad cœlestia planum. Sed qui sint isti quibus talis præparatur uia, exponit propheta cum subiungit. [Ecce isti de longe uenient, & ecce illi ab aquilone & mari, & isti de terra australi.] Hic quatuor orbis terræ plagas ostendit, quasi præciperet omnibus uirtutibus quæ in cœlo morantur & terra, angelis & hominibus ut dei semper laudes concinant, qui in excelso uirtutum positi, mentis læticiam iubilo exultationis testantur. Sequitur: [Quia consolatus est dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur.] Nos uero huius exēpli causa quantumlibet, uel in aduersis patientes uel in prosperis humiles simus: in hac uita retribui nobis bona præsentia nullo modo requiramus. Nam pro labore patientiæ, bona speranda sunt sequentis uitæ, ut tunc præmium nostri laboris incipiat, quando omnis iam labor funditus cessat. Hinc ergo per Psalmistam dicitur. Patientia pauperum non peribit in æternum, quia quasi perisse patientia pauperum cernitur, cum nihil pro illa in hac uita humilibus recompensatur. Sed patientia pauperum in finem non peribit, quia tunc eorum gloriam percipiunt, cum simul omnia laboriosa terminantur. Quod nobis diuina pietas largiri dignetur, cum gaudio, & spe bonę retributionis feliciter terminare. Cui sit honor, & gloria, per immortalia secula seculorum, Amen.

Apoc. 21
Psalm. 9

Dñica de passione

¶Domin. in XL. lect. epist. bea. Pauli apost. ad Heb. cap. 9.

FRatres, Christus assistens pontifex futurorum bono-

bonorum, peramplius & perfectius tabernaculum, non manufactum, id est, non huius creationis: Neque per sanguinem hircorum aut uitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

De uero & magno pontifice domino nostro Iesu Christo, qui se propter mundi salutem obtulit immaculatam hostiam deo patri suo, audistis in epistola cum legeretur Apostolum dicētem. [Christus assistens pontifex futurorum bonorum,] per suā nobis passionem aperiens uiam ad regnum cœlorum, quicunque præceptis eius obedire uolumus, & non solum per passionem uel resurrectionem suam ad cœlestia gaudia inuitauit, sed etiam æternę beatitudinis pręmia promisit, si iussis eius uel monitis obtemperare curemus. Sequitur: [Peramplius, & perfectius,] id est, multo nobis ampliorem, & apertiorem multoq; perfectiorem uiam ad regnum suum cœleste mōstrauit per euangelicam doctrinam, quàm antea per Moysen legis latorem fecerat quamuis in nihilo dissentiāt inter se nouum & uetus testamentum. Sed quia omnia quæ in ueteri lege scripta sunt mystice & spiritaliter accipienda sunt, quæ quasi quædam umbra sunt ueritatis. Omnia autem quæ in euangelio legimus, si ea tantummodo sicut scripta sunt adimplemus, patefactas nobis regni cœlestis portas habemus & si in his actibus perseueremus, absque dubio ad æterna gaudia ueniemus. Nam subditur: [Tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis.] Mansionem nobis non terrenam, neque deficientem in terris præparauit, sed cœlestem simul cum angelis, unde per primi parentis nostri culpam eiecti fuimus, fruiturā concessit, suisq;

Ephes. 5

Heb. 5

Lex uetus nouæ umbra fuit.

Mat. 10. & 24.

contemplationis æternam dulcedinem perdonauit. [Neque per sanguinem hircorum aut uitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit in sancta, æterna redemptione inuenta.] Non enim nos deo patri suo per brutorum animalium sanguinem, sed suum proprium sanguinem fundens reconliauit. Et hoc non sæpius, sed semel æternam nobis redemptionem fecit, si non iterum nos peccatis inhærendo seruituti diaboli uel captiuitati mancipemus. Tamen magnam nobis insuper misericordiam tribuit, ut si post peccata ad pœnitentiam reuerti uolumus, confessione atque lamentatione uel etiam eleemosynarũ largitate abluere mala quæ fecimus, plenissime possumus. Sequitur: [Si enim sanguis hircorum aut uitulorum, & cinis uitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationẽ carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiẽdum deo uiuenti,] quia multo fortior est passio Christi, quàm omnia munera sacerdotum, qui liberare homines non potuerũt per hostias eorum. Sed Christus oẽs in eũ credentes liberauit per passionẽ corporis sui. Vnde subditur: [Et ideo noui testamẽti mediator est. Vt morte intercedente in redemptione earum præuaricationum, quæ erant sub priore testamento.] Ideo enim Christus mortuus est solus sine peccato, ut nos ab omni peccato & à morte libebraret æterna: In quam per præuaricationem detrusi eramus, & iter nobis regni cœlestis sua misericordia patefecit. Vnde sequitur: [Repromissionẽ accipiant, qui uocati sunt consortes hęreditatis æternæ:] Quia promissio quę patriarchis et prophetis omnibusq; iustis ante aduẽtũ Christi facta est, & qui iustis operibus meruerunt dei promissio-

Mortis Christi efficacia.

missionem, in nobis quoque nullis nostris præcedenti bus meritis est adimpleta,& inde hæreditatis ęternę cõ sortes,per Christi gratiam facti sumus. Nos ergo pro his omnibus gratias agamus domino deo nostro Iesu Christo, & tales nos bonis operibus exhibeamus in hac uita, qualiter possimus promereri requiem & glo riam inuenire cum sanctis eius perpetuam.Per dominum nostrum Iesum Christ.

¶Feria II.lectio Ionæ prophetæ.

capite 3.

IN diebus illis. Factum est uerbũ domini ad Ionam prophetã dicens:Surge,& uade in Niniuen ciuitatẽ magnam, & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

PRophetica nobis lectio fratres charissimi narrat, ut audistis, quod factum est uerbum domini ad Ionam prophetam dicens:[Surge et uade in Niniuen ciuitatem, & prædica in ea prædicationẽ quam ego loquor ad te. Et surrexit Ionas, & abijt in Niniuẽ iuxta uerbum domini. Niniue autem erat ciuitas magna itinere dierum trium.] Tam magna enim erat ciuitas Niniue,ut uix trium dierum posset itinere circuiri. Quam ille propter timorem dominici præcepti,unius diei itinere prædicando festinauit circuire. Sicut subditur: [Et cœpit Ionas introire in ciuitatem itinere diei unius.] Ionas propheta dominum Christum significat,qui confessionem uerę fidei,id est,sanctę trinitatis,patris,& filij,& spiritus sancti, quasi trium dierum circuitum,id est,unam ueram essentiam & maie-
Mat.28 statem mundo prędicauit. Vel quia apostolos suos per
Marci 16 orbem uniuersum misit prædicare,& baptizare in nomine patris,& filij,& spiritus sancti. Et clamauit Io-

nas

nas & dixit. [Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.] Cur futura dominus minatur mala & annunciare iubet, nisi ut homines terrore supplicij corrigantur: uel hi qui corrigi noluerint, inexcusabiles fiant? Porro quadragenarius numerus pœnitentię in omnibus congruit. Quibus Moyses ut legem acciperet, ieiunauit: & Helias antequam igneo curru ascenderet cœlum, quadraginta diebus ieiunauit. Quorumq; præsagia Christus in ueritate ostendens, & ipse diebus quadraginta ieiunauit. Non quod eum ulla peccati macula pollueret, sed ut nobis daret exemplum, ut sicut ipse diabolum tentantem ieiunio superauit, ita & nos si uolumus uictores esse uitiorum, per ieiunium et abstinentiam triumphare diabolum sua possumus largiente gratia. [Et crediderunt uiri Niniuitę in domino, & prædicauerunt ieiunium, & uestiti sunt saccis à maiore usq; ad minorem.] Dignus uictus & habitus pœnitentia, ut qui offenderant deum luxu & ambitione carnali, eorum damnatione deum placarēt, per quę prius offenderant. Vnde & subditur: [Quod rex indueretur sacco, & sedisset in cinere, & præciperet, ut nec homines nec iumenta gustarent quicquam, sed clamarent fortiter ad dominum, si forte ignosceret illis, & non perirent. Tunc misericors deus uidēs opera eorum, quia cōuersi sunt de uia sua mala. Misertus est populo suo dominus deus noster.] Terreant nos fratres charissimi uerba prophetę: rerum talium, uel similium nos contristet austeritas, sed Niniuitarum nos exempla ad consolationem prouocent, qui triduani temporis angustijs imminentia ualuerunt mitigare supplicia. Et ut dei misericordiam admiremur, quia pœnitentia breuis temporis diligenter peracta, multorum merebatur ueniam peccatorum. Sed nobis beneficiū suum diui-

Exo. 24
3. Reg. 19
Matth. 4
Rom. 6
Opa Niniuitarū deus uidit.

diuina benignitas ostendit: et licet ingenti peccatorum mole simus oppressi, remedium tamẽ pœnitentiæ nunquam petentibus denegabit. Huius igitur habẽtes exempla pœnitentiæ, non perseueremus in malis, nec desperemus reconciliationem, sed redeamus ad deum patrem nostrum, illiq; approximemus qui nunquã auersatur conuersum ad se. Nos sumus qui per nosmetipsos longe efficimur à deo. Ipse enim dicit: Deus appropians ego sum, & non deus de longe. Et iterum: Peccata enim uestra separant uos & me. Si enim peccata nos separant à deo, auferamus è medio istud obstaculum, & nihil est quod nos prohibeat coniungi deo, sed potius nos conuersatio sancta, & iusta commendat deo. Per dominum nost.

Luc. 15. 7 Hiere. 23 Esaiæ 59 Peccata à deo separant.

¶Feria IIII. lectio Danielis prophetæ. capite 9.

IN diebus illis, Orauit Daniel dicens: Obsecro domine deus magne & terribilis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus te, et custodientibus mãdata tua. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

AVdiuimus in lectione prophetica fratres charissimi orantem pro se & pro populo suo Danielẽ prophetam, atq; dicentem. [Obsecro domine deus magne & terribilis,] qui terrorem tuum minaris aduersus eos qui tua præcepta contemnunt, [Custodiens pactum & misericordiam diligentibus te, & custodientibus mandata tua.] Non enim infert deus statim peccatoribus iram quam pollicetur propter malitiam illorum, sed patienter expectat, si forte reuerti uoluerint à prauitatibus suis, ut commutetur ira eius in misericordiã propter pœnitudinem mali quod gesserunt. Si autem in iniquitatibus suis, perseuerauerauc-

Esaiæ 30 2. Pet. 3 Patienter

grauerint, quanto plus eos dominus tolerat, tanto magis illis pœna cumulabitur æterna. Vnde semper bona est pœnitentia delictorum, & semper agenda confessio peccatorum, & dicere domino cum propheta. [Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus. Tibi domine iustitia: nobis autem confusio faciei.] Iuste enim patimur quod meremur: iuste pro peccatis affligimur [Tibi autem domino deo nostro misericordia et propitiatio,] qui non solum iustus et misericors es, qui non uis peccatoris mortem, sed ut conuertatur à uia sua mala & uiuat. In omnibus enim scripturis fratres dilectissimi, utiliter, ac salubriter, sicut nunc in præsenti lectione admonemur, ut peccata iugiter & humiliter, non solum deo, sed etiam sanctis & deum timentibus uiris confiteamur, sicut & per beatum Iacobũ admonemur apostolum dicentem: Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem ut saluemini. Et per Psalmistam: Confitemini domino quoniam bonus, Ex eo enim unusquisque iustus esse incipit, ex quo sui accusator extiterit. Multi autem ecõtra semetipsos peccatores fatentur, & tamen semetipsos à peccato non subtrahũt. Magna iam iustitię pars est, seipsum nosse homo quod prauus est, ut ex eo diuinæ uirtuti subdatur humilius, ex quo manifestius suam infirmitatem agnoscit. Bene se iudicat iustus in hac uita, ne iudicetur à deo damnatione perpetua. Tunc autem iudicium de se quisque sumit, quando per dignam pœnitentiam sua praua facta condemnat. Amaritudo pœnitentiæ facit animum & sua facta subtilius discutere, & dona dei quæ contempsit flendo commemorare. Nihil autem peius quàm culpam agnoscere, nec tamen deflere. Duplicem habere debet fletum in pœnitentia omnis peccator: Siue quia per negligentiam bonum

deus peccatores tolerat.

Daniel. 9. & 5

Baruch 1

Ezech. 18

Confiteamur sacerdotibus humiliter.

Iacobi 5

Psal. 105

Prouc. 18

Iudicare quomodo sese debeat peccator.

Flet⁹ qualis debet esse pœnitentis.

non fecit, siue quia malum per audaciam perpetrauit. Quod enim oportuit non gessit, & gessit quod agere non oportuit: Ille pœnitentiam digne agit, qui reatum suum satisfactione legitima plangit, condemnando scilicet, ac deflendo quæ gessit: tanto inde plorando profundius, quanto extitit in peccando procliuius. Ille pœnitentiam digne agit, qui sic præterita mala deplorat, ut futura iterum non cõmittat. Nam qui plangit peccatum & iterum admittit quasi si quis lauit laterem crudum, quem quanto magis diluerit, tanto amplius lutum facit. Quamuis quisq; peccator & impius, si ad pœnitentiam conuertitur, consequi posse ueniam credatur. Nullus enim de bonitate dei dubitet, sed sola delinquentium prauitas conferri sibi indulgẽtiam abnegat. Festinare debet ad deum pœnitendo unusquisq; dum potest, ne si dum potest noluerit, cum tarde uoluerit omnino non possit. Proinde propheta ait: Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Et ubi inueniri potest, nisi in hac uita? In qua etiam prope est omnibus inuocantibus se. Iesus Christus dominus, noster. Qui.

Pœnitentiam dignam qs agat.

Esaiæ 55

Psal. 144

¶ Feria VI. Hierem. cap. 17.

IN diebus illis. Dixit Hieremias. Domine, omnes qui te derelinquunt confundentur: Recedentes à te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt uenam aquarum uiuentium dominum, &c.

Homilia lectionis eiusdem.

RECte per prophetam redarguũtur peccatores, & confusione digni ęstimantur, ut in pręsenti lectione prophetica audistis dilectissimi. Ait ẽm: [Domine, omnes qui te derelinquunt confundentur. Recedentes à te, in terra scribentur.] Iusto enim iudicio qui deum derelinquunt, confundentur confusione perpe-

perpetua, & recedentes ab eo scribentur in terra,& de letur nomen eorum de libro uiuentium,& cum mortuis deputantur. Econtrario uero hi qui cum Apostolo dicere audebunt. Noster autem municipatus in cœlis est: quorum cor & cõuersatio semper in cœlestibus est rebus & spiritalibus,cum sanctis angelis in æterna memoria conscribuntur, & nomen eorum non deletur in seculum seculi. Causa autem manifestatur, cur impij & deum derelinquentes scribentur in terra,cum subditur: [Quia dereliquerunt uenam aquarum uiuentium,dominum,] qui loquitur in euangelio: Si quis sitit ueniat ad me,& bibat. Ac si diceret: Si quis desiderat diuinę gratiæ dona percipere, derelinquat impiorum uanos errores,& ueniat ad me puro corde & fide syncera,& ego dabo ei fontem aquæ uiuę, ut non sitiat in æternum:dona sancti spiritus à me percipiet,& ad gaudia sempiterna perueniet. Sequitur: [Sana me domine & sanabor, saluum me fac & saluus ero, quoniam laus mea tu es.] Non enim ab alio sanari cupiebat propheta, nisi à domino pijssimo & ueracissimo medico, qui est uera uita, & salus æterna omnibus credentibus sibi,& nomen eius inuocantibus,id est,non solum lingua,sed corde & opere. [Ego autem non sum turbatus te pastorem sequens.] Non enim turbari poterit aduersitatibus huius mundi,quisquis corde perfecto sequitur dominum, quia mundo mortuus est & concupiscentijs eius. [Et diem hominis non desideraui.] Vitamq; in hoc mundo prosperam contemnere debet quisquis ad ueram uitam & ęternam peruenire desiderat. [Tu scis quod egressum est de labijs meis, rectum in conspectu tuo fuit.] Qui de domini uoluntate loquitur,& eius iugiter meditatur præcepta,recte uerba domini loquitur, si ea opere quantum ualet implere

Philip. 3

Impij cur in terra scribantur.

Ioan. 7.

Mundi prospera contẽnere debemus.

contendit. [Non sis (inquit) mihi tu formidini, spes mea in die afflictionis.] Orat propheta, ne à deo sit alienus. Quod & nobis orandum est, ut in hac uita pręsenti nos de peccatis nostris corripiamur, ut in futuro æternam indulgētiam mereamur. Vnde scriptum est: Quem enim diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Ordinata est miseratio dei, qui prius hic hominē per flagella de peccatis emendat: & post ea ab æterno supplicio liberat. Electus enim dei doloribus uitę huius atteritur, ut perfectior uitę futurę gaudia lucretur. Nequaquam deus delinquenti parcit, quoniam peccatorem aut flagello tēporali, aut purgatione ferit, aut iudicio æterno puniendum relinquit, aut ipse in se homo pœnitendo punit, quod male admisit. Ac proinde est quod deus delinquenti non parcit. Iusto temporalia flagella ad æterna proficiunt gaudia: Ideoq; & iustus in pœnis gaudere debet, & impius in prosperitatibus timere debet. Neque iusto neque reprobo, deus misericordiam & iustitiam retrahit. Nam & bonos hic per afflictionem iudicat, & illic remunerat per miserationem. Iesus Christus dominus noster. Qui uiuit.

Tribulationes pñtis uitæ utiles sunt.

Heb. 12

Apoc. 3

Peccatori deus non parcit.

In prosperis impius timere debet.

¶Dominica de Passione, lect. epist. bea. Pau. apost. ad Philip. cap. 2.

FRatres, Hoc em̄ sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinā arbitratus est, esse se æqualē deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, &c.

Homilia lectionis eiusdem.

SAcramentū dilectissimi passionis dominicę quam dominus Iesus filius dei, pro humani generis salute suscepit Paulus apostolus in præsenti lectione bre-

breuiter explicauit, ut audiuit dilectio uestra. [Hoc enim inquit sentite in uobis, quod & in Christo Iesu.] Nosq; tenendam humilitatem docet in exemplo domini nostri Iesu Christi. Qui cum sit in una eademq; substantia deitatis, quæ est forma dei, potentiæ suę magnitudine, & maiestate abscondita formam serui susce pit, & homo fieri dignatus est, ut homines à perditione liberaret. Sequitur: [Qui cum in forma dei esset,] in qua deus erat ipse coæqualis per omnia patri, [non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo.] Quoniã secundum naturam æqualis est patri in diuinitate, ipse cum in natura humana minor esset patri, in eadem natura æqualitatem dei non per rapinam sibi usurpauerat, quam naturaliter possidebat, sed humilitate se cælauit, & ut homo probra & ignominiam pertulit humanam. Nam subinfertur. [Sed semetipsum exinaniuit, serui formam accipiens.] Non substantiam diuinitatis euacuans, sed honorem & potentiam inclinans: Formam serui, id est, naturam induit humanam, & in homine tantummodo per humilitatem & obedientiam, nec crucis mortem recusauit. [In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo.] In similitudine autẽ humana Christus humilitatem seruauit. Eamq; similiter nos habere, et seruare debere ostendit, Vnde recte nunc subditur: [Humiliauit seipsum, factus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis.] Assumptus homo humiliatus est, & diuinitas quæ se humiliare non potest, eum qui humiliatus fuerat merito exaltauit. Si ergo & nos exaltari cupimus exemplo Christi, fratribus seruiamus. Nec indignum sit nobis coæqualibus præbere ministerium, cum ille dominus obsecutus sit seruis. [Et donauit illi nomen quod est super omne nomen.] Deitas inquit quæ in

Serui formã accepit Christus.

Matth. 11

Seruitio fratrum exaltabimur.

Christo erat, suscepto homini donauit hoc munus. Propter quod ipse pro hominibus passus & mortuus est, ut omnis creatura in nomine eius precem fundat, & quicquid digne petierit, impetrabit. Sequitur: [Vt in nomine Iesu omne genu flectatur:] ut humanam diuinamq́ simul naturam omnis creatura adoret, [Coelestium, terrestrium, & infernorum.] Coelestis hic angelica intelligitur natura, terrestris homines: infernales, infernorum custodes appellat. [Et omnis lingua confiteatur.] Omnium scilicet gentium, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris, hoc est, in natura & glória deitatis, dum eiusdem est glorię, cuius est pater. Totum nanque illud sacramentum quod simul & humanitas consummauit et deitas, dispẽsatio fuit misericordiæ, & actio pietatis. Talibus enim uinculis tenebamur obstricti, ut nisi per hanc opẽ, non possemus absolui. Humilitas igitur diuinitatis, nostra prouectio est. Nos tanto redimimur precio: nos tanto curamur impẽdio. Quis enim ab impietate ad iustitiam, à misericordia ad beatitudinem esset recursus, nisi iustus ad impios & beatus se inclinaret ad miseros? Habent ergo diuinam hæc opera uirtutem, sed quod dominus maiestatis suæ potentiam comprimit, & uim in se persecutoris admittit, ex illa uoluntate est, qua dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, cooperante in hoc ipsum patre, qui filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Qui uiuit.

Ephes. 5 / Rom. 8

¶Feria II. lectio Esaiæ prophetę. cap. 50.

IN diebus illis. Dixit Esaias: Dominus deus aperuit mihi aurem, ego autem nõ cõtradicam: retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

Ser-

SErmone prophetico dilectissimi ad exquirenda diuina mandata, atque ad ea corde & auribus percipienda, præsenti lectione prophetica incitamur. Dicente Propheta: [Dominus deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradicam.] A domino Propheta se dicit aperire audiēdi uerbum domini aurem, id est, non solum aure corporis, sed & cordis se percipere intelligentiam: mandatum sibi uenisse, quomodo lassum errantémque populum sustentaret, & ad salutem reuocaret. Ad personam igitur pastorum exempla domini cupientium imitari, hæc dicta sunt uerba. Vt linguam se perpendant disciplinæ accipere debere, ut & tempus sciant, quando debeant uerbum dei loqui, quandoq; reticere. Christus enim in persecutione & in passione sua tacuit. Sed & nunc per apostolos & per doctores in ecclesia, & in toto orbe loquitur, qui in tempore sciunt, quid loqui uel quid conticere debeant. Sequitur: [Ego autem non contradicam: retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellētibus.] Christus enim in passione nihil contradixit, sed factus est obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Multaq; ab impijs Iudæis & à ministris pontificum & pharisæorum probra sustinuit, ut nos à pœnis & à perpetua eriperet morte. Sequitur. [Faciem meam (inquit) non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me.] Propter nos enim percussus, atq; consputus non erubuit, sed quasi agnus ductus ad uictimã sine uoce, & quasi ouis coram tondente, sic non aperuit os suum. Vnde subiungitur: [Iuxta est qui iustificat me, quis contra dicit mihi? Stemus simul: Quis est aduersarius meus? accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus quis est qui cõdemnet me? Ecce omnes quasi uestimentum conterentur, ti-

Tempus loquendi & tempus tacendi.

Philip. 2

nea comedet eos.] Ac si diceret: Si quis putat me iuste addictum cruci, & aliquod fecisse peccatum, resistat mihi. Quis est qui iudicet me cum non potentia maiestatis meæ, sed ratione superetur? Quia igitur nullus potest iustificari absente domino, omnes quasi uestimentum ueterascent. Quod autem inueterascit, perditioni proximum est. Et quasi tinea comedet eos, conscientia uidelicet peccatorum. Sequitur: [Quis ex uobis timens dominum, audiens uocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris, & lumen non est ei? Speret in nomine domini, & innitatur in domino deo suo.] Ego ta-
Ezech. 18 men ad pœnitẽtiam prouoco persecutores meos: Nolo enim mortem peccatoris, sed tantum reuertatur & uiuat. Nec uero parum putemus esse timere dominũ,
Prouer. 1 iuxta illud quod in prouerbijs dicitur. Principium sapi-
Ecclesia. 1 entię timor domini. Beatos enim timoratos dicit, in religione dei. Protegit enim dominus iter eorũ, & uiam
Ecclesi. 2 timoratorum custodit. De hoc timore scriptum est. Ti-
Psalm. 33 mor domini omnia sperat. Et alibi: Non est inopia timentibus deum. Denique post multos uirtutum gra-
Timoris effectus. dus ad huiuscemodi timorẽ domini peruenitur. Nam timor iste est, qui animas iustorum integras, pudicas, purasq; custodit, ad quem nos diuina eloquia cohortan-
Apoc. 14 tur. Cum scriptum est: Timete dominum & date illi gloriam. Qui autem timet dominum, ipse est qui sperat in nomine domini, ruiturusq; à peccato, & innitatur in domino deo suo, eiusq; auxilio se roget in omni bono sustentari, & gubernari, quia non est hominis uia eius nisi dominus sua eũ gratia protegat ab omni malo, atque defendat, & misericordia gratię suæ in bono corroboret. Rogo ergo dilectionem uestram ut in hac uita positi exhibeamus nos irreprehensibiles,
Rom. 14 inuicem sufferentes, inuicem instruentes. Non est enim

re-

regnum dei esca, & potus, & diuitiæ, & iactantia, sed pax & gaudium in spiritu sancto. Timeamus namque iudicij seueritatem, & pœnam gehennæ. Non ergo demus locum diabolo, sed resistamus illi. Non enim est nobis pugna aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates, aduersus mundi istius peruersos spiritus. Festinemus ergo effugere æternam pœnam. Nec enim propter nos pœna facta est, ut in ipsam mittamur, sed ut liberemur ex ipsa. Talem enim habemus deum amatorem generis humani misericordem atque clementem, qui nos ad se conuersos de gehenna liberat. Nam si uoluisset nos perdere, non utique proprium fudisset sanguinem propter nos. Mortuus est ergo, ut nobis immortalitatem donaret. Esuriuit, ut nos sua carne satiaret. Super asinam sedit, ut nos super cherubin sedere faceret. Baptizatus est, ut nos illuminaret. Alapis cæsus est, ut nos de seruitio diaboli liberaret. Viator factus est, ut nos sine labore faceret. Nauigauit, ut nos sine timore quietissimo portui redderet. Ex muliere natus est, ut præuaricationem Euæ deleret. Homo appellatus est, ut nos dominos uocaret. Filius hominis dictus est, ut nos in filios adoptaret dei. Accepit quę erant nostra, & dedit nobis quę erant sua. Iesus Christus dominus noster.

Ephes. 4
Ephes. 6
Dei beneficia.
Maxima consolatio peccatoribus datur.

¶Feria IIII. lectio Esaiæ prophete, capite 53.

IN diebus illis. Dixit Esaias: Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Et ascendit sicut uirgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti, &c.

Homilia lectionis eiusdem.

POst uerba patris, quibus filium suum mundo nunciauerat esse uenturum, & laborem passionis eius

dixerat, simul & resurrectionis eius gloriam demonstrauit propheta, & quantum in se fuerit brachium illius, atque uirtutem omnibus nunciasse insinuat: Vt au distis in lectione cum legeretur dicens: [Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est?] Raritatem tamen credentium significat ex Iudęis, quorum pauci salui facti sunt per fidem. Sequitur: [Et ascendit sicut uirgultum coram eo.] Assumptum hominem ostēdit procedentem de utero uirginali. De quo infertur: [Sicut radix de terra sitienti,] uirginitatis priuilegium demonstrauit, quod absq; ullo humano semine sit procreatus. [Et non est species ei, neque decor, & uidimus eum, & non erat aspectus, et desiderauimus eum despectum, et nouissimum uirorum.] Despectus & ignobilis erat Christus, quando pro nobis pendebat in cruce, et factus est pro nobis maledictum, ut in lege dictum est. Maledictus omnis qui pendit in cruce. Sed inclytus erat & decorus aspectu, quando ad passionem eius terra contremuit, saxa disrupta sunt & fugiente sole, & lumen suum abscondente prę pauore: ęternam noctē sibi accedisse omnia elementa timuerunt. Sequitur: [Homo in dolore & sciens ferre infirmitatem.] Verum enim corpus hominis, & ueram demonstrat animam in ipso, qui sciebat humanam ferre infirmitatem: [Et quasi absconditus uultus eius atque despectus:] quia in humano corpore eius diuina potentia celebratur. De quo supra idem dixit propheta: Tu es deus absc͞oditus, & nesciebamus. [Vere languores nostros ipse tulit, & peccata nostra portauit, & pro nobis doluit.] Non putatiue ut multi hæreses suspicantur, sed uere crucifixus est, uere doluit, dicens in euangelio. Tristis est anima mea usq; ad mortem. Et nunc anima mea turbata est. [Et nos putauimus

Lucæ 1

Gal. 3
Deute. 21

Tenebræ in morte Christi quare factæ sunt.

Esaiæ.

Mat. 26
Marci 14
Ioan. 12

mus eum quasi leprosum, & percussum à deo & humi liatum.] Putauimus eum pro peccatis suis à deo esse percussum, qui pro nostræ causa tantum salutis humiliatus est. [Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum.] Quod enim nos pro nostris debebamus sustinere sceleribus, ille pro nobis passus est pacificans per sanguinem crucis suę, siue quę in cœlis sunt, siue quæ in terris. Ipse est enim pax nostra, qui fecit angelorum & hominum unam dei esse familiam, soluens inimicitias quas nostris fecimus peccatis coram deo, propter passionē mortis suę. [Et liuore eius sanati sumus.] Ex quo ꝑspicuū est, sicut corpus flagellatum atq; laceratum, signa iniurię in uibicibus ac liuore portabat, ita & anima uere doluisse pro nobis, ne ex parte ueritas, et ex parte mendaciū credatur in Christo. Quicquid igitur sustinuit, nō propter semetipsum neq; patrem suum sustinuit, sed ut saluaret per crucem genus humanum: Nam ideo in hunc mundum uenit, ut pro nobis crucifigeretur, & nobis exemplum patientiæ etiam & salutis nostræ monstraret. Nam cum crucifixus insultabatur, pro suis etiam persecutoribus deprecabatur dicens: Pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt. Nos igitur imitemur dominum, & pro inimicis oremus, ut pro nostris etiam sceleribus deprecātes exaudiri mereamur. Vnde si sacrificium nostrum deo acceptum esse uolumus, uel si sacrificiū eius sumere digne uolumus, recordemur illius dicti quo dominus nos admonet dicens. Si offers munus tuum ad altare, et recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo: Et tunc ueniens offeres munus tuum. Merito nanq; reconcilia-

Col. 1

Ephes. 2

Angeli et homines una dei familia.

1. Pet. 2

Lucæ 23

Ecclesi. 28

Matth. 5

Cū inuidia deo nihil gratum

tio-

tionis causa hoc sacrificium constitutum est, ut si sacrificij præcepta contempseris, sacrificij remedium sentire non poteris. Comple illud cuius causa sacrificium factum est, ut sacrificio perfruaris. Ideo & dei filius aduenit, ut humanam naturam dominicæ reconciliaret pietati. Ideo & nos cum hæc facimus, suo fecit uocabulo
Matth. 5 nuncupari. Beati inquit pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Hoc enim facis, quod dei unicus fecit. Si & tibi & alijs uolueris autor pacis existere, Ideo te uocat filium dei. Ideo in sacrificij celebratione nihil aliud nisi de fratrum reconciliatione requirit. Reconciliatione ergo contempta nullum possumus solatium promereri. His igitur animaduersis cum omni simplicitate sacrificij mysteria celebremus, & accedamus simpliciter ad mensam Christi. Cum quo patri omnis gloria, honor, uirtus, unà cum spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

¶Feria V. in Cœna domini, lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinth.

1. Corinth. 11.

FRatres, Conuenientibus uobis in unum iam non est dominicam cœnam manducare. Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum, & cætera.

Homilia lectionis eiusdem.

COena domini fratres charissimi hodie celebratur, in qua dominus Iesus Christus discipulis suis corporis & sanguinis sui tradidit sacramenta, ut in lectione apostolica audistis modo cum legeretur. Vnde post aliquanta dicit Apostolus. [Ego enim accepi à domino, quod & tradidi uobis.] Non enim meum æstimetis esse illud quod tradidi uobis: sed quod à domino accepi. [Quoniam dominus Iesus Christus in qua

In qua nocte tradebatur.] Hoc est à Iuda proditus ad passionem. [Accepit panem, gratias agẽs, fregit.] Benedicens panem dominus passurus pro mundo, perseuerãtem in cordibus nostris suæ passionis memoriam commendauit, quemadmodum peregre quis proficiscens pignus amoris sui ei quem diligit derelinquit: Vt quotiescunque illud uiderit, possit eius beneficia & amicitias memorare, quem ille si perfecte diligit, sine ingenti desiderio non potest uidere, uel fletu. [Dixitq; discipulis dominus: Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, hoc facite in meã commemorationẽ. Similiter & calicem postq̃ cœnauit dicẽs. Hic calix nouum testamentũ est in meo sanguine.] Vnde cognoscere debet, quisquis Christi corpus edit aut sanguinẽ bibit, ne quid indignũ ei faciat, cuius corpus effectus est. [Quotiescunque enim manducabitis panem, & calicẽ bibetis, mortem domini annũciabitis, donec ueniat.] Ideo hoc saluator discipulis suis, & per eos nobis tradidit sacramẽtum, ut per hoc semper commemoremur: Quia pro nobis est mortuus, & ob hanc semper memoriam hoc sacramentum accipimus, quia corpus est Christi: Vt beneficijs eius non existamus ingrati, quia in ipso mysterio Christi semper mors nunciatur: Et in cordibus nostris agnoscitur. [Itaque quicunque manducauerit panem hunc, uel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini.] Sicut scriptum est: Omnis mundus hoc manducabit. Et iterum: Omnis qui manducabit immunda, exterminabitur de populo suo. Et ipse dominus ait: Si offers munus tuum ante altare, & recordaberis quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuũ ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo. Prius ergo perscrutanda est conscientia, si in nullo nos reprehendit,

Eucharistię sacramentum memoria Christi passionis & mortis nobis refricat.

Mat. 26

Lucæ 22

Exod. 12

Matth. 5

Conscientia añ eucharistiæ

sumptio- nē pscru- tanda est. dit,& sic aut offerre,aut communicare debemus. Quidam sanè dicunt, quod non tantum indignum, sed indigne accipientem reuocet à sancto. Si etiam dignus indigne accedens retrahitur: quanto magis indignus qui digne non potest accipere? Vnde oportet ocium cessare uitiorum, ut sanctum corpus sancte percipiatur. Reus erit enim qui tāti mysterium sacramēti quasi uile despexerit. Vnde subditur: [Probet autē seipsum homo, & sic de illo pane comedat, & de calice bibat.] Si in luteum imò nec in uas sordidum quis illud mittere audet, quanto magis in cor & corpus pollutum: Quod cum immundum ducitur, super omnia execratur, quod sola iniuria huius est corporis. Nam & Ioseph ille iustus propterea sindone munda inuolutum in sepulchro nouo corpus domini sepeliuit, præfigurās corpus domini accepturos, tam mundam mentem habere debere, quàm nouam. [Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit.] Dupliciter reus effectus est præsumptionis scilicet & peccati. Sequitur: [Non diiudicans corpus domini,] id est, non discernens illud à communi cibo. [Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.] Sanè tribus ex causis infirmitates adueniunt corporales, aut ex tentatione sicut Iob, ut probatior fiat homo coram deo, si infirmitates, uel aduersa corporis patienter tolerat propter deum: aut in peccato cum pro facinoribus suis quis merebitur flagellari, & corripi in hoc seculo ultione diuina: aut ex aliqua intemperantia, ut Timotheum Paulus modico uino uti iubet, propter infirmitatem eius. Cum autem plus quàm humana natura poterit sustinere, caro atteritur: aut plus quàm necesse sit cibo aut potu indulserit, et inde necesse est medicum honorari, quia huic tantū causæ potest succurrere medici-

Infirmitates qbus ex causis proueniunt.

Iob 1. et 2

Leuit. 26

1. Tim. 5

dicina. Vnde dicit hic Corinthios propter peccatum, ægrotatione, & imbecillitate, ac morte à deo esse correptos. Sequitur: [Quod si nosmetipsos iudicaremus, non utique iudicaremur.] Nam si nosmetipsos propter peccata quæ perpetrauimus, accusare coram deo per confessionem & pœnitentiam procuramus, in futuro iudicio non condemnabimur. Nam si neglexerimus, absq; dubio in æternũ condemnabimur. [Cum iudicamur autem à domino] in hac præsenti uita per flagella: [corripimur] per misericordiam eius, [ut non cum hoc mundo damnemur.] Id est, cum his qui mundum hunc magis quàm dominum diligunt, quia paterna correptio est eius pietatis, ut pœnitentiam agamus in hoc seculo, ne cum infidelibus damnemur, sed cum iustis potius coronemur. Ipso præstante domino nostro Iesu Christo.

Propter peccata quis nonnũquam immaturã incurrit mortem.

¶Homilia de Parasceue.

HOdie incipiamus chariſſimi de crucis trophæo prædicare, & honoremus hanc diem, magis autem coronemur celebrantes hunc diem. Nec enim ex uerbis nostris honorificatur crux, sed ex fideli nostra confeſſione coronas merebimur crucis. Hodie chariſſimi crux est fixa, & seculum sanctificatum est. Hodie crux fixa est, & dæmones dispersi sunt. Hodie crux fixa est, & mors subuersa est. Hodie crux uicit, & mors uicta est. Hodie diabolus uictus, & homo solutus est, & deus glorificatus est. Hodie apud Iudæos terra contremuit, & apud nos orbis terræ firmatus est. Hodie Adam eiectus est de paradiso: hodie latro paradisum ingreditur. Exiuit pręuaricator, & ingreſſus est latro. Exiјt contemptor uerbi, & introiјt confitens uerbum. Exiјt contemnens salutem, & introiјt de cruce mercans salutem. Scio & antea dixiſſe me de latrone,

Crux nõ uerbis sed fideli precatiõe honoratur.

Oseę.13

sed

ſed habet diuerſas intelligentias dei ſermo. Iſte latro de ligno mercatur ſalutem, hic latro furatur cœleſte imperium. Vim facit maieſtati non uirtute propria,
Matth. 11 ſed fide uincens. Ipſius domini uox eſt, regnum cœlo-
Lucæ 16 rum uim patitur, & uiolenti diripiũt illud. Audi quomodo latro uiolenter rapuit paradiſum. Vidit enim in cruce dominum pendentem, mirabilia in terra facien tem. Vere enim credidit æternaliter in cœlo regnan-
Lucæ 23 tem, & ideo ait: Memento mei domine, dum ueneris in regnum tuum. Poſt puram igitur fidei cõfeſſionem, dominus ſtatim illi reſpondit. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Hac enim die, hac hora latronem Chriſtus in paradiſum introduxit, & eius amœnitates oſtendit. Et uno tempore duo beneficia uidemus eſſe conceſſa, unum quod paradiſus patefacta eſt, aliud quod latro in eam meruit introduci: Hodierna
2. Cor. 5 die antequam nobis patriam reddidit, paternam ciuitatem oſtendit, domum priſtinam redonauit. Hodie nanque ait mecum eris in paradiſo. Quid agis? Crucifixus es, clauis retineris, & paradiſum tam facile polliceris? Vnde inquit, in cruce poſſunt omnes meam inue
Matth. 11 nire uirtutem: Et in ligno mea largitas demonſtratur. Quoniam crux dedecoris fuerat ſignũ, & apud omnes
Deute. 21 ignominia putabatur. Crucis infantiam mirandis be-
Gal. 5 neficijs decorauit. Crux nobis totius beatitudinis cauſa eſt. Hæc nos à cæcitate liberauit erroris: hæc nos de tenebris reddidit luci: hæc ebellatos quieti ſociauit: hæc
Epheſ. 2 alienatos deo coniunxit: longe conſtitutos, proximos præſentauit: hæc peregrinantes ciues oſtendit: hæc diſcordiæ amputatio eſt: hæc pacis firmamentum: hæc bonorum omnium abunda largitio. Hac de cauſa hodie gratulamur, quia crucis beneficia memoramus. Sic & Paulus præcipit propter crucem, feſtiuitatem cele-
bra-

brari, quia pascha nostrum immolatus est Christus. 1.Cor. 5
Diem itaque festum celebremus, non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ, & nequitię, sed in azimis synceritatis & ueritatis. Et sic adiunxit causam: Quia pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. . Vides crucem in intuitu perfectam lætitiam, in cruce enim immolatus est Christus. Et ubi immolatio, ibi amputatio peccatorum. Vbi amputatio peccatorum, ibi reconciliatio domini. Vbi reconciliatio domini, ibi festiuitas et omnis gratulatio. Nos enim si uere cum Christo reconciliari uolumus, ipsum sine dubio imitari debemus. Nam ipse cum crucifigeretur, etiam pro crucifixoribus orabat dicens: Pater agnosce illis, non enim sciunt quid faciūt. Sed fortasse dicis quomodo eum potero imitari? mihi crede, facile hoc adimplebis, si attendis quod ipse te docuit dicens: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Sed si non uis dominum imitari, saltem seruum eius Stephanum imitare, qui pro lapidatoribus suis orauit dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Melius est pro inimicis, quàm pro amicis orare. Nec enim tantū nobis pręstat pro amicis oratio, quantum pro inimicis deprecatio. Si diligitis (inquit) eos qui uos diligunt, nihil maius facitis quàm publicani: Vt sciatis autem, quia si pro amicis oramus, nondum uicimus publicanos, sed quando diligimus inimicos, deo in quantum possumus similes sumus, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Igitur domini imitatores simus & filij patris nostri qui in cœlis est; ut regna cœlorum adipisci mereamur. Per dom.

Imitari Christū debemus ut ei recōciliemur.

Matth. 11

Actu. 7

Matth. 5

Vtili' est pro inimicis quàm pro amicis orare.

¶ Sabbato, lect. epist. bea. Pauli apost. ad Colossens. cap. 3.

FRatres, Si consurrexistis cum Christo, quę sur-

ſum ſunt quęrite ubi Christus eſt in dextera dei ſe-
dens. Et reliqua.

Homilia lectionis eiuſdem.

DOmini noſtri Ieſu Christi honorabilem ſolennitatem ſua fauente clemētia fratres chariſſimi fideliter ueneremur, pietatemq́ eius ineffabilē admiremur, qui nō ſolū noſtræ redemptionis cauſa humanam carnem ſuſcepit, uerumetiam diuerſa genera pœnarum pro noſtra ſalute ſubire dignatus eſt. Et licet poſt multum inertiæ & pigritiæ ſomnum, non inuiti, ſed uoluntarij ſanctæ religionis dulcedine prouocante, in ſanctiſſimę ſolennitatis conuentu experge facti, libenter & deuote cum omni ſolicitudine reſurgamus, ſecundū illud quod apoſtolus ait in præſenti l ctione. [Si cōreſurrexiſtis cū Chriſto quę ſurſum ſun quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, quę ſur ſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.] Ac ſi dicatu Nos qui ad imaginem ſanctę trinitatis conditi ſumu trina ſubmerſione baptizati, per inuocationem ſanct eiuſdem trinitatis, ad eandem renouemur imaginem Et qui trino peccato maxime decidimus in morten id eſt, in cogitatione iniqua: in delectatione carnis: conſenſu operum malorum. Tertio eleuati de fonte, miſſione omnium peccatorum percepta per Chri gratiam, ſicut ipſe tertia die reſurrexit, nos reſurg mus ad uitam. Nos uero ſicut reſurgere cupimus c Chriſto, prius moriamur mundo, & concupiſcen carnalibus, & deponamus ueterem hominem, id malam uoluntatem, uel uſum prauum, & delectat nes peſſimas, & induamus nos benignitatem, ut pr mis noſtris cum omni deuotione bona faciamus poſt dei dilectionem nihil amori proximi præpo mus, ſed ut nos ipſos illos diligamus. Sequitur: [C

Charitas Chriſti erga nos maxima fuit.

Reſurgere cum Chriſto quid ſit.

Epheſ. 4

Col. 3

Lucæ 10

sursum sunt sapite, non quæ super terram.] Tantum ea quæ cœlestia sunt, non quæ terrestria quærentes, terræ mori, uiuere autem deo, cœlestem sectari sapientiam, non terrenam. Nam subditur: [Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cū Christo in deo.] Cum enim mortui erimus mundo, & facultatibus eius atque desiderijs: uita uestra abscondita est cūm Christo in deo, quia filij dei sumus. Vnde sequitur: [Cum autem Christus apparuerit uita uestra: tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria.] Nondum enim apparet quid aut quales futuri simus ad iudicium. Cum autem Christus ad iudicandos uiuos & mortuos apparuerit, tunc & nos simul cum ipso apparebimus in gloria resurrecturi. Nobis etenim & pro nobis Christus nascitur, patitur, & resurgit, ut nos in uitam per ipsum renascamur in tribulationibus, & cum eo in uirtutibus resurgamus. Omnia enim per ipsum in hac nocte, quæ in Adam perdidimus bona nobis redduntur, captiuitas nostra soluitur, uita in Adam amissa restauratur. In hac nocte protoplastus Adam peregrinus redit ad patriam paradisi. Ab hac enim nocte dominicæ resurrectionis, paradisus omnibus patet, nulli clauditur nisi à se ipso, nulli aperitur nisi à Christo: Et ideo cū omni solicitudine caueamus, ne propter opera diaboli quæ pertrahunt ad interitum, apertum nobis iter regni cœlestis nos ipsi claudamus, sed potius per opera iustitiæ & misericordiæ planū nobis faciamus iter ad regnum cœlorum. Ergo humilitate nostra humilitatem pro nobis domini nostri in memoriam reuocemus, humiliter uigilemus, humiliter oremus ad eum, qui nos gloria sui nominis illuminauit in hac nocte. Cui dicimus. Deus meus illumina tenebras meas. Qui uiuis & regnas deus. Per omnia secul.

Mori debem⁹ terræ, uiuere autem deo.

1.Ioan.3

¶ Dominica in Pascha, lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1. Corinth. 5.

FRatres, Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azimi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus, &c.

Homilia lectionis eiusdem.

REsurrectio domini nostri Iesu Christi fratres charissimi fidem nostram roborat, cum facta creditur, memoriamq́ue eius renouat, cum solenniter celebratur. Denique cum ante annos plurimos Christus resurrexit, non absurde dicimus, quando anniuersario reditu ista solennitas pręsentatur: Hodie dominus resurrexit. Quod ergo annis oībus iteratur, cū omni deuotiōe agere debemus, & quod semel factum est, fide necesse est ut teneamus. Illud factum est, ut redimeremur, hoc institutū est, ne obliuisceremur. Nam qui istum diem cupit digne celebrare, meminisse debet quod Apostolus ait. [Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua cōspersio, sicut estis azimi.] Excludēdum ergo est omne fermētum peccati de cordibus nostris. ut pura mente tanquam panes azimi efficiamur, & recte pascha domini celebrare possimus. Verū si fermentū peccati et malitię in corde teneamus, non meremur pascha dn̄i celebrare. Et ideo Apostolus ait: Expurgate uetus fermentū, ut sitis noua cōspersio, sicut estis azimi. Azimi sumus, si sine fermento malitiæ maneamus. Azimi sumus, si alieni sumus ab omni cōscriptione peccati. Modicum enim fermentum ut Apostolus ait, totam massam corrumpit: & ideo expurgare, & abijcere debemus à nobis omne fermentum peccati, ut digne celebrare paschæ solennitatem mereamur. Quia er[go] participes nos facere paschæ dominus uoluit, ore[mus]

Resurrectio domini quo modo digne celebranda.

ut sacramenta eius digne sumamus,& iure benedictio nē domini consequi mereamur. Hęc est charissimi dies dominicę resurrectionis,& nostrę initium redemptionis. Hæc est inquam dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Psal. 117 Hanc omnes uoce consona lęto spiritu corde contrito celebremus memoriam passionis & resurrectionis Christi, in spe futuræ uitæ. Ecce ista die quando audimus alleluia, quodammodo lætetur spiritus noster,& iocunditate totus perfunditur. Alleluia nanq; laus in excelsis domino dicitur. Alleluia. Quod nobis conuenit, ut deuota mente, omni tempore, isto tamen præcipue: laudem in excelsis domino decantemus,id est,nō solum ore,sed opere perfecto dominum deum nostrum uoce, & corde in laudibus exaltare studeamus,ut nos in cœlesti uita per illum exaltari mereamur. Qui cum pat.

¶Feria II. lectio Actuum Apostolorum. capite 10.

IN diebus illis. Stans Petrus in medio plebis dixit. Viri fratres,uos scitis quod factum est uerbum per uniuersam Iudæam,incipiens à Galilæa post baptismum quod prædicauit Ioannes, Iesum à Nazareth, & cætera.

Homilia lectionis eiusdem.

BReuiter omnia quę in symbolo continentur complexus est apostolus Petrus in lectione præsenti quam audistis fratres charissimi,quod Iesus Christus omnium sit dominus. [Stās in medio plebis et dixit. Viri fratres,uos scitis quod factum est uerbum per uniuersam Iudæam,incipiens enim à Galilæa post baptismū quod prædicauit Ioannes,Iesum à Nazareth.] [...]otum hic pariter demonstratur,quod mundum deo [re]conciliari missus est Christus. Ioannes uoce est præ-

conatus, quod spiritu sancto perunctus, quod deo inhabitante per miracula declaratus, quod crucifixus & à mortuis suscitatus, suisque discipulis manifestatus, quod iudex sit omnium in fine uenturus, quodque iam ecclesiam suam per totum orbem fide sit illuminaturus. Denique subiungitur: [Quomodo unxit eum deus spiritu sancto, & uirtute.] Vnctus est ergo Iesus, nõ oleo uisibili, sed dono gratiæ spiritualis, quę omnia pleniter continebat, quod uisibili significatur ungento. Baptizatos enim ungit ecclesia, dum per impositionem manus episcopi, spiritus septiformis inuocatur. In qua similitudine super eum baptizatum, spiritus san-
Math. 5 ctus in specie columbę descendit. Tunc ecclesiam suam præfigurare dignatus est, in qua præcipue baptizati accipiunt spiritum sanctum. Tunc enim intelligendus est unctus, cum uerbum dei caro factum est, id est, quãdo humana natura sine ullis præcedentibus bonorum operum meritis, deo uerbo est in utero uirginis copulata, ut pariter diuina & humana natura una esset persona. Et ob hoc eum confitemur natum de spiritu sancto, & ex Maria uirgine. [Qui pertrãsiuit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam deus erat cum illo,] id est, pater cum filio. Patrẽ enim cum filio semper manere melius est intelligere, quàm per diuinitatem filium cum homine quem adsumpsit cohabitantem significare, ne si Christi personam geminaret, in errorem maximum incideret. Sequitur: [Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iu
Marci 16 dęorum, et Hierusalem.] Recte autem testes se esse te-
Mat. 28 stantur, qui per uniuersum mundum missi sunt euan-
Psalm. gelium prędicare, ut in psalmo legimus. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Deus pater duas in Christo operatur natur...
un...

unam quę ei communis est cum deo patre, ex eo quod deus est, alteram quam ex uirgine Maria homo factus est. Per has duas quippe naturas in uno filio dei, deus pater duas facit resurrectiones humani generis, id est, animarum & corporum. Habēt enim & animę mortē suā in impietate atq; peccatis, secundū mortē qua mortui sunt. De quibus idem dominus ait: Sine mortuos sepelire mortuos suos, ut scilicet in anima mortui, in corpore mortuos sepelirent. Mors est uidelicet animæ, quando deus deserit eam ob peccatorum magnitudinem. Corporis mors est, quando corpus ab anima deseritur. Ab his duobus mortis generibus resuscitatos, duas dicimus habere resurrectiones. Nunc autem animarum in ecclesia per uerbum dei fit resurrectio, quando per gratiam dei uiuificatę resurgent à morte iniquitatis. Et hæc est prima resurrectio, quam qui habent in secunda quæ est corporum, feliciter resurgent in uitam æternam. Resurgent & impij, unusquisq; cum sua carne, ut cum diabolo, & angelis eius puniantur. Hoc certissime sciendum est, quia nemo nisi per indebitam misericordiam dei liberabitur, & nemo nisi per debitum iudicium damnabitur. Tunc sciunt sancti plenius quid boni eis contulerit gratia dei, uel quid essent consecuti quam si diuina eos gratuito munere non elegisset misericordia. Tunc erit ipse deus sanctorum satietas, beatorum iucunditas, & omnia quæcunque ab eis honeste desiderari possunt, & uita, & salus, et uictus, & copia, & gloria, & honor, & pax, æterna beatitudo, & beata æternitas. Cui sit honor & gloria nunc & semper in secula, Amen.

[Margin: Resurrectio animarum & corporum. — Rom. 8 — Matth. 8 — Mors animę & corporis quę sit. — 1.Cor.15 — Mat. 25 — Sanctorum beatitudo.]

¶Feria V. lectio Actuum apostolorum. capite 8.

IN diebus illis, Angelus domini locutus est ad Phi-

lippum dicens: Surge, & uade contra meridianum, ad uiam quæ descendit ab Hierusalem in Gazam, hæc est deserta. Et surgens abijt, &c.

Homilia lectionis eiusdem.

CEleberrime fratres dilectissimi per scripturas sacras Christi passio & resurrectio ubiq; demonstratur. Ita & nunc in præsenti lectione actuum apostolorum breuiter manifestatur. [In diebus illis. Angelus domini locutus est ad Philippum dicens: Surge, & uade contra meridianum ad uiam quæ descendit ab Hierusalem in Gazam, hæc est deserta.] Gaza enim ciuitas deserta, populum gentium designat à dei cultura desertum, qui nullis prophetarum prædicationibus erat excultus. Quibus tamen uiam ad cœlestem Hierusalē ascēdi, dominus noster Iesus Christus per apostolos suos demonstrauit fontem'q; salutis, id est, baptisma aperuit, in quo remissionem omnium perciperent delictorum. [Et surgens abijt. Et ecce uir æthiops eunuchus, potens Candacis reginę æthiopum, qui erat sup omnes gazas eius, uenerat adorare in Hierusalem & reuertebatur sedens super currum suum legens'q; Esaiam prophetam.] Pro uirtute & integritate mentis suę uir appellatur, nec immerito, qui tantum studij in scripturis habebat, ut eas etiam in uia legere non cessaret, tantum'q; amoris in religione habebat, ut aula regia derelicta, de ultimis mundi partibus ueniret ad templum domini. Vnde iusta mercede dum quęrit interpretem lectionis, Christū quem quærebat inuenit. Quod nobis in exemplo gestum esse possumus intelligere, quamuis non tam longo itinere sit necesse Christum quærere, quem ubicunque stantes, uel sedentes, aut ambulātes possumus inuenire, si eum toto corde quæramus: Quia omnibus inuocantibus eum in ueritate

Gentium uocatio.

Vir à uirtute & integritate mentis dicitur.

Christus ubiq; inuenitur.

Psal. 144.

ritate dominus prope est. Vnde propheta nos admonet dicens: Quærite dominum dum inueniri potest, id Esaiæ 55
est, dum in hoc seculo sumus, & potestatem, atque fortitudinem habemus bene operandi, & dei misericordiam consequendi. Certamen magnum habeamus, usque dum prope esse nobis dignatur per gratiam suam. Si eum puro corde, syncera uoluntate, cum fide recta, spe firma, charitate perfecta inuocamus, & hic in præsenti illum per dona gratiæ suæ, & per auxilium benignitatis eius inuenimus, & in futuro cum illo ad regna cœlestia perueniemus. [Dixit autē spiritus Philippo: Accede, & adiunge te ad currum istum. Accurrens autem Philippus, audiuit illum legentem Esaiam prophetam. Locus autem scripturę hic erat, quam legebat. Tanquam ouis ad occisionē ductus est.] Sic Chri Esaię. 53
stus pro mundi salute passus est propria uolūtate, [Et sicut agnus coram tondente se sine uoce sic non aperuit os suum.] Non solum sanguine nos redemit, sed donis gratię suę nos ditauit, & de infidelitate ad fidem, de infirmitate & miseria ad regni cœlestis gaudia, & ad æternæ beatitudinis præmia inuitauit. [Respondens autem eunuchus Philippo dixit: Obsecro te, de quo dicit propheta, de se, an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, euangelizauit illi Iesum.] Philippus autem interpretatur os lampadis. Et bene quidem est, quod os lampadis aperiret os suum, dum obscura prophetię in lucem intelligentiæ proferebat. [Et dum irent per uiam, uenerunt ad quandā aquam, & ait eunuchus. Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Et descenderunt uterque in aquam, & baptizauit eum Philippus.] In baptismo enim quædam mors, & quædam resurrectio celebratur. Moritur enim peccatis, quia ei omnia præterita di

mittuntur peccata. Resurgit autem de baptismo nouus homo, & ab omni uitiorum sorde mundatus. Peccator aquas ingreditur, & iustus egreditur. Ille abijcitur, id est, diabolus, qui traxit ad mortem, suscipitur ille, id est, Christus, qui reducit ad uitam. Per cuius gratiam uobis confertur, ut filij dei sitis, non carnis uoluntate editi, sed sancti spiritus uirtute generati. Et ideo hanc breuissimam plenitudinem ita debetis uestris cordibus imprimere, ut in omni tempore præsidio huius confessionis utamini, ut in quo peccatorum remissionem accepistis, in eo gloriam resurrectionis habeatis. Ipso auxiliante domino nostro Iesu Christo. Qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus, in secula seculorum, Amen.

Babptismi effectus.

Ioan. 1

¶Sabbato, lectio epist. beati Petri apostoli

1. Petri 2.

FRatres, Deponẽtes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

OMnium quidem aures, & mentes, quos cura nostra complectitur, solicite Petri pastoris admonitioni intendant, quam in pręsenti lectione audistis. [Deponentes (inquit) omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem.] Agite itaque admoniti sanctæ instar infantię, & hanc innocentiam malitia ista deposita ita tenete, ut eam in bonis moribus crescendo, atque proficiendo non amittatis. Quid est malitia, nisi nocendi amor? Quid est do-

lus,nisi aliud agere,& aliud simulare? Quid est adula-
tio, nisi fallacis laudis seductio? Quid est inuidia, nisi
odium felicitatis alienæ? His autem supereminet uerę
innocētiæ sanctitas,quoniā filia est charitatis,quę non 1. Cor. 13
gaudet super iniquitate,congaudet ergo bonitati sim- Matth.10
plex ut columba,& sic astuta ut serpens,non studio no
cendi,sed nocentem cauendo. Ad hanc uos exhortor,
talium est enim regnum cœlorum: Humilium scilicet, Matth.18
hoc est spiritaliter paruulorum. Nec contemnatis,nec Humili-
abhorreatis,magnorum est ista pusillanimitas. Super- um est re
bia uero fallax, infirmorum est magnitudo, quæ ubi gnum cœ
mentem possederit,erigendo deijcit,inflando euacuat, lorum.
distendendo dissipat. Humilis esse non potest nocens,
superbus esse non potest innocens. Humilitatem illam
loquor,quæ non uult perituris rebus excellere,sed ęter-
nū aliquid ueraciter cogitare,quæ non suis uiribus,sed
diuinitus ad uitam perueniat. Hæc in alium quicquam
uelle non potest, quo nequaquam bonum eius augea-
tur. Porro autem superbia, continuo parit inuidiam. Superbia
Quis uero est inuidus,qui non ei malū uelit,cuius bo- inuidiam
no cruciatur? Ergo,& inuidia parit cōsequenter mali parit.
tiā. Vnde & dolus,adulatio,& detractio,& om̄e opus Inuidia
malum,quod pati nolis ab alio,nec alij facias. Pia itaq; malitiam
humilitate seruata,quæ in scripturis sanctis sancta pro parit.
batur infantia, securi eritis de immortalitate beatorū, Tobiæ 4.
talium enim est regnum cœlorum. Porro si quis super Humili-
bus non est in homines multo magis aduersus deū con tas infan-
tumax esse non debet,quoniam si non est alieno faci- tia sancta
endum,quod quis ab alio pati non uult, cauendum est dicitur.
ne in deum quisque talis existat, qualem in se existere
hominem non uult. Fallunt proinde animas suas qui
sufficere existimant,si quod sibi fieri nolunt,nulli homi
num faciant,sese'q; in uita luxuriosa ita corrumpunt,ut
deo

deo facere conentur, quod sibi fieri ab homine nolunt.
1. Cor. 3 Surdi aduertite Apostolum clamantem. Nescitis quia
Templa templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Si
spũs san- quis autem templum dei corrumpit, disperdet illum de
cti nos su us. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Ne
mus. mo se fallat, quid ergo se putant homines seruare cir-
Ioan. 1 ca alios homines innocentiam suam? Vnde & uos à se
mine immortali regenerati, de cætero cogitate uitæ
huius eremum permeare, & ad terram promissionis,
id est, ad supernam Hierusalem uiuentium peruenire.
Veri & Germani estotę Christiani. Nolite imitari no-
mine Christianos, operę uanos. Iterum dico, & sępe di
cendum est, sufficit præteritum tempus, & uoluntates
2. Pet. 2 gentium consummasse. Detestamini, & auersami ca-
Lucæ 11 nes conuersos ad uomitum suum. Detestamini, & auer
samini mundatam & uacantem domum, quo nequio-
res alij VII. spiritus adducuntur, ut sint nouissima ho-
minis illius peiora quàm erant prima. Vos uestrum
2. Cor. 6 mundatorem tenete, habitatorem percipientes eum, ro
gamus, ne inuacuum gratiam dei recipiatis. Audite
Rom. 6 apostolum Paulum. Humanum dico, propter infirmi
tatem carnis uestræ. Sicut enim exhibuistis membra ue
stra seruire immunditię, & iniquitati ad iniquitatem,
sic nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ, in san
ctificationem. Per dominum.

¶ Dominica I. post Pascha. 1. Ioan. 5.

CHarissimi, Omne quod natum est ex deo, uinci
mundum. Et hæc est uictoria quæ uincit mun
dum, fides nostra.

Homilia lectionis eiusdem.

AUdistis in epistola cum legeretur fratres charis
mi, Ioannem Apostolum nos instruentem a
qu

que dicentem. [Omne quod natum eſt ex deo, uin-
cit mundum,] id eſt, genus ſpirituale,& deo ſeruiens,
mundi amatores,uel opera uincit.Incredulitates,& cõ
cupiſcentiam mundi,uel omnium idolorum culturam,
in obſeruatione uincit mandatorum Chriſti. [Et
hæc eſt uictoria quæ uincit mundum, fides noſtra.] Fide uin-
Ergo firma fide,in Chriſto uincimus mundum, & o- citur mũ-
mnia terrena deſideria, omnemq́ amorem terrenum dus.
atque peccatum,nec non & diabolum,qui eſt princeps Ioan. 12
peccati. [Quis eſt qui uincit mundum, niſi qui credit,
quoniam Ieſus eſt filius dei?] Quod mundus, id eſt,
amator mundi,non credit.[Hic eſt qui uenit per aquã
et ſanguinem Ieſus Chriſtus.] Ac ſi diceret:Hic eſt qui
uenit maledictionem terræ ſuo baptiſmate delere in
Iordane, & mundum ſuo ſancto redimere ſanguine. Aqua.
[Non in aqua ſolũ,ſed in aqua & ſanguine.]Non eñ Sanguis.
ſolo baptiſmate uenerat redimere mundum,ſed etiam
propria ſui ſanguinis effuſione. [Spiritus eſt qui teſti-
ficatur, quoniam Chriſtus eſt ueritas.] Spiritus enim
ſanctus, per quem nobis in baptiſmo omnium datur
remiſſio peccatorum,nos per adoptionem filios dei fa
cit,quos ipſe dominus in morte crucis,& ſuo ſanguine
redemit,& per gratiam eiuſdem ſancti ſpiritus,quem
in baptiſmo ſuſcepimus, ueræ fidei lumen & agnitio-
nis dei recipimus, unde ſalutem cõſequi debemus æter-
nam. [Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in
terra,aqua,ſanguis,& ſpiritus.] Quidam hic ſanctam
trinitatem myſtice ſignificatam intelligunt,quæ Chri
ſto teſtimonium perhibuit. In aqua patrem ſignifica-
ri,quia ipſe de ſe dicit:Dereliquerunt me fontem aquę Hiere. 2
uiuę.In ſanguine ipſum Chriſtum, qui pro ſalute mun
di ſuum ſanguinem fudit. Per ſeipſum eundem ſpiri-
tum ſanctum. Hæc ſancta trinitas Chriſto teſtimo-
nium

Ioan. 8 nium ita perhibet, ipſo per Euangelium loquẽte. Ego
ſum qui teſtimonium perhibeo de me, & hic qui miſit
Ioan. 15. me pater. Et cum uenerit paracletus quem ego mit-
16 tam uobis à patre, ſpiritum ueritatis, ille teſtimonium
perhibebit de me. [Et hi tres unum ſunt,] id eſt, pater,
& filius, et ſpiritus ſanctus. Vnum in natura diuinę ſub
ſtantiæ, coæquales in omnibus, & coæternales per o-
mnia, in nullo diſſimiles. In iſta trinitatis diuina ſub-
ſtantia nihil eſt creatum, quia nihil eſt inchoatum. Nec
aliquid ibi ſuperius agnoſcitur, quia nihil anterius nec
poſterius inuenitur. In eo quod trinitas eſt, unum, ęter
num, & uerum eſt. Hæc eſt una fides, quia hæc eſt uera
fides, & ideo hæc eſt catholica fides, unius ſubſtantiæ
ſanctam credere trinitatem, & in dei filio carnis atque
animæ noſtræ naturalem cognoſcere ueritatem. Iſta fi
de iuſtificamur, in hac fide mundamur. Iſta fide ſana-
mur. In hac fide credimus nobis remiſſionem omnium
peccatorum tribui. Sit ergo certiſſima ſpes omnibus,
quia uera reſurrectio carnis quæ præceſſit in Chriſto,
ſequetur in nobis. Caro iſta omnium hominum mor-
tuorum, ſiue fidelium, ſiue infidelium reſurget in fine,
ſed caro fidelium reſurget ad gloriam, caro infidelium
Mat. 25 reſurgęt ad pœnam. Animæ fideles cum ſuis corpori-
1. Cor. 15 bus ſemper lætabuntur, animæ quoque infideles, cum
ſuis corporibus ſemper torquebuntur, ac ſic quicquid
ibi animæ cum carne ſua recipient non amittent, quan
do nec bonis poterit auferri gaudium, nec malis un-
quam poterit remoueri ſupplicium. Accipiamus itaq;
uitam æternam per ſanctam eccleſiam, in iſta ſola eccle
ſia eſt uita æterna, quia rex eius eſt uita æterna. Huius
eccleſię pars exultat iam et regnat in cœlis, pars autem
2. Cor. 5 peregrinatur adhuc & laborat in terris. Ipſa eſt una
ſancta eccleſia in qua nunc iuſtificamur, in qua tunc
glori-

glorificabimur. Istam bonam matrem, sicut boni filij unanimiter diligamus. Huius ergo matris gemitus nemo despiciat: monitiones eius nemo contemnat: de sinu eius nemo discedat. Ipse enim ad dei patris perueniet hæreditatem, qui ecclesiæ matris in fide, & dilectione seruauerit unitatem. In ecclesia ergo catholica permanete: diuinis eloquijs humiliter obedite: præcepta dei solicite custodite. Qui enim præcepta dei contemnunt, semper ardebunt. Qui uero eius mandata custodiunt, sine fine gaudebunt. Et sicut contemptoribus erit æterna mors, & æterna miseria: sic obedientibus æterna uita dabitur, & æterna lætitia. Per Iesum Christum dominum.

Extra Christi ecclesiam non est salus.

¶Dominica II. post Pascha, lectio epistolæ beati Petri apostoli. 1.Pet.2.

CHarissimi, Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplũ, ut sequamini uestigia eius. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

FRatres charissimi, in lectione apostolica quã audistis, beatus Petrus Christi nos imitari admonet exempla dicens. [Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius.] Idem est quod ipse dominus in euangelio ait. Si qs uult post me uenire abneget semetipsum, id est, uoluntates proprias relinquat, & dei se omnimodis subijciat uoluntati, & tollat crucem suam, id est, carnales mortificet delectationes, & sequatur me: mundi desiderijs repugnet, quantum diuina ualeat gratia largiente. His enim modis, & talibus, & his similibus moribus sanctis Christi debemus sequi uestigia. [Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.] Ut de ipso Propheta ait: Solus enim sine peccato, qui peccata

Matth.16

Seq Christum quo modo oporteat.

Esaiæ 53

Ioan. 1 cata mundi tollere uenit. Et alibi: Non contendet, ne-
Esaiæ 42 que clamabit, neque audiet quis in plateis uocem eius.
Matth.12 Sequitur: [Qui cum malediceretur, nõ maledicebat.]
Subdoloſa uerba, & mendacium, nec detractio inuen-
ta eſt in ore eius. Nos ſi Chriſti uolumus imitari exem
pla. Hæc eadem mala omni ſtudio uitare debemus, id
eſt, omne dolum, & odium, omnemq́ malitiam, & ſi-
mulationes, & inuidias, atque detractiones deponere,
& in bonis operibus certamen magnum habere, Chri
ſto domino famulari. [Cum pateretur, non commi-
nabatur.] Id eſt, iniuriæ uindictam non permiſit, ſed
Matth.5 etiam pro ſuis crucifixoribus exorauit, ut nos alibi do
cuit dicens. Orate pro perſequentibus & calumnian-
tibus uos ut ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt. [Tra
debat autem iudicanti ſe iniuſte.] Per diuinitatem tra
didit humanitatem quam aſſumpſit ad paſsionem iu-
dicãti ſe populo iudaico, ut crucifigeretur. Si enim ipſe
qui ſine peccato erat, propter peccata noſtra ut nos re
dimeret ad mortem ſe tradidit, quid retribuere condi-
gnum eius miſericordiæ poſſumus, niſi tantum ut nos
pura confeſſione, & pœnitentiæ lachrymis, eleemoſy-
narum largitate, operibusq́ miſericordiæ, & pietatis,
ad eius ſemper nos uoluntatem præparemus fideliter,
ut ſanctis moribus ęterna cum eo gaudia poſsidere ua
leamus? [Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore
ſuo ſuper lignum.] Ad hoc in ligno crucis pati uoluit,
ut ligni præuaricationem quam Adam fecerat deleret,
& iter nobis ad regnum cœlorũ, quod per peccatum
Error o- Adæ mundo clauſum fuerat aperiret. Eratis enim ſi-
uium ne- cut oues errantes. Error ouium culpa paſtorum eſſe
gligentia intelligitur, qui negligunt corripere delinquentes. Sed
eſt paſto- conuerſi eſtis nunc ad paſtorem, & epiſcopũ anima-
rum. rum ueſtrarum, conuerſi à diabolo ad Chriſtum, de
ten

tenebris ad lucem, de morte ad uitam, de infidelitate ad fidem, de infirmitate ad salutem, in qua si permanseritis usq; in finem bonis certando operibus, salui eritis.. Non enim qui cœperit bonum, sed qui perseuerauerit in bono, hic saluus erit. Tunc enim placet deo nostra conuersatio, quando bonum quod inchoamus, perseueranti fine complebimus. Bonum ergo non cœpisse, sed perfecisse uirtus est. Nam inchoantibus præmium promittitur, sed perseuerantibus datur: Per eum qui promisit, qui est uerax promissor, & largitor. Iesus Christus dominus noster. Mat. 10

¶Dominica III. lect. epist. bea. Petri apost.

1. Petri 2.

CHarissimi, Obsecro uos tanquã aduenas & peregrinos, abstinete uos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

PVlchre satis admonet & exhortatur nos apostolus Petrus fratres charissimi, ut audiuit in præsenti lectione dilectio uestra. [Obsecro (inquit) uos tanquam aduenas, & peregrinos.] Aduenæ sumus, & peregrini, quamdiu sumus in hac terra. Vt Paulus apostolus ait: Non enim habemus hic manentem ciuitatem, noster autem municipatus in cœlis est. Aduena enim & peregrinus uel hospes non cogitat quid in domo sit aliena. Sic & nos quantum possumus domino largiente ista omnino debemus despicere, & de cœlestibus meditari, unde in æternum uiuere debeamus. [Abstinete uos à carnalibus desiderijs.] Ideo dicitur à carnalibus desiderijs, quia bonum est à transitorijs & perniciosis abstinere desiderijs, & cœlestia semper desiderare, quæ nobiscum ualeant æternaliter permanere. Carnalia autẽ decipiunt, & ad perditionem perducunt

Heb. 13

Peregrini omnes sumus.

ducunt permanentes in eis. Vnde subditur: [Quæ militant aduersus animam,] semper nos carnalia trahere conantur ad inferna, quibus resistere omnimodis nitendum est bonis & iustis laboribus, in castitate & continentia, quibus & supplicia deuitemus, & præmia mereamur æterna. [Conuersationem uestram inter gentes habentes bonam.] Vt exempla bona alijs ostendentes per operum bonorum consuetudinem, sicut luminaria sitis lucentes in mundo: [Vt in eo quod detrectant de uobis, tanquam de malefactoribus.] Mali

Malorũ pessima conditio. semper & maleuoli, bonorum hominũ factis bonis detrahunt, & ad malã famã conãtur euertere. Vnde sequitur: [Ex bonis operibus uos considerantes, glorificent deum in die uisitationis.] Vt ipse dominus docet: Sic

Matth. 5 luceat lux bonorum operum uestrorum coram hominibus, ut uos laudem ex eis nequaquã desideretis. Sed ut alij uidentes bona opera uestra, glorificent non uos sed patrẽ uestrum qui in cœlis est, qui in seruis suis tanta bona ad suorũ etiam, & aliorũ quęrat salutẽ. [Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deum.] Omnibus hominibus honorem date, unicuique secundum dignitatem suam, non propter terrena desideria, nec propter humanę laudis appetitum, nec propter turpis lucri quæstum, sed tantum propter deum, qui nos

Matth. 11 docet dicens. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Iugum enim meum suaue, & inuenietis requi-

Lucæ 18 em animabus uestris. Et iterum: Omnis qui se humiliat propter deum, exaltabitur à deo. [Siue regi quasi præcellenti,] quia princeps est populi. Cui & ipse do-

Mat. 22 minus in euangelio honorem debitum reddere iubet

Obediendum potestati. dicens: Reddite ergo quæ sunt Cęsaris Cęsari, id est, debitum & tributum, & subiectionem obedientiæ cum fidelitate, & quæ sunt dei deo, fidem rectam, spem firmam.

mam,& charitatem perfectã. [Siue ducibus,tanquam ab eo missis ad uindictam malefactorum.] De quibus & Paulus ait:Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à deo. Dei enim ministri sunt, ad coercendam hominum malitiam missi, ut qui sponte mala noluerit uitare, eorum timore uel inuitus uitet. [Laudem uero bonorum.] Similiter de his Paulus dicit: Vis non timere potestatem? bonum fac,& habebis laudem ex illa. [Quia sic est uoluntas dei, ut benefacientes, obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.] Cum charitate in inuicem omnibus propter deum debitum impendite seruitium. [Omnes honorate,] secundum uniuscuiusque dignitatem: tamen pauperibus,& minime ualentibus studium maximum impendite seruiendi, quia in ipsis Christus maxime honoratur,ut ipse in iudicio dicturus erit. Quod uni ex minimis meis fecistis,mihi fecistis. Nam sequitur: [Fraternitatem diligite,] ut ipse dominus in euangelio: Omnes fratres,& proximos esse ostendit dicens. Omnes enim uos fratres estis. Vnde & diligere inuicem iubet,cum ait: Hæc mando uobis, ut diligatis uos inuicem. Et Ioannes: Qui fratrem suum quem uidet, nõ diligit, deum quem non uidet, quomodo potest diligere? Quia nec deus uere sine proximo, nec proximus uere diligitur sine deo. Et Paulus: Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis, est dilectio. [Deum timete.] Qui timet deum faciet bona, quia initium sapientiæ timor domini. De timore domini omne bonum nascitur,& per timorem domini, omnis malitia hominis euacuatur. Qui timet deum diligenter se à peccatis custodit. Sic ergo timeamus deũ, ut diligamus eum, quia perfecta charitas, foras mittit timorem seruilẽ. [Serui

Rom. 13
Pauperibus omni studio inseruiendum.
Matth. 25
Mat. 22
Ioan. 13
1. Ioan. 4
Rom. 13
Ecclesi. 15
Prouer. 1
Timoris domini effectus.
1. Ioã. 4.

subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Hæc est enim gratia dei in Christo Iesu domino nostro.] Propter dei nanq; timorem pariter & amorem, dignum & iustum est unumquenque hominem suo domino fideliter seruire. Siue præsentibus siue absentibus quia quicquid homo boni fecerit propter deum, nihil perdit. Quia ipse
Matth.16 reddet unicuique secundum opera sua. Semper enim in uita hominis finis quæritur, qualis sit extremo tempore uitæ suæ, quia de fine suo unusquisque aut iustificatur, aut condemnatur. Ideo instantissime bona quæ cœperit unusquisq; perficere contendat ut perpetuam à domino mercedem accipiat. Ipso largiente, qui regnat cum patre, & spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

Qualis quis inuentus fuerit: talis iudicatur

¶Dominica IIII. lectio epist. bea. Iacobi apost. capite I.

CHarissimi, Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio.

Homilia lectionis eiusdem.

DE donis diuinis quantum nobis dei pietas concessit fratres charissimi, beatus Apostolus præsenti lectione breuiter manifestat dicens. [Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est.] Omne datum optimum, uetus testamen-
1.Tim.1 tum est, ut ait Apostolus: Bona est enim lex, si quis legitime ea utatur. Bona est enim, quia omne bonũ nobis in Christo futurum præmonstrauit. Donum perfectum, euangelium est, in quo salus summa omnibus consistit credentibus. Datum optimum nobis natiuitas Christi qui uenerat redimere, & saluare genus humanum.

manum. Sed donum perfectum baptisma, quo iam initiata est salus nostra, quo omnibus credentibus donum sacri baptismatis consecratur, & maledictio terræ diluitur. Datum optimum, mors est Christi. Sed donum perfectum, resurrectio Christi, qua totum mundum liberauit à morte ęterna. Datum optimum, quod post resurrectionē quadraginta diebus Christus conuersatus in terra cum discipulis suis: & per eam nobis ueram carnis resurrectionem, & æternæ beatitudinis præmia demonstrauit: Sed donum perfectum, ascensio Christi in cœlum uera humanitate, qua resurrexit, et in cœlesti nos regno secum collocandos ostendit. Datum optimum, promissio & præstolatio spiritus sancti decem diebus post ascēsionem Christi. Sed donum perfectum, aduentus ipsius sancti spiritus in linguis igneis super apostolos quo totus tunc mundus per eorum est merita illuminatus, & per eorum doctrinam saluandi & saluati sunt credentes. Datum optimum, baptisma, in quo omnium percipitur remissio peccatorum. Sed donum perfectum, infusio spiritus sancti quem in baptismo suscepimus. Datum optimū, conuersatio sancta in bonis operibus, quibus meretur uita æterna. Sed donum perfectum, cum ipsa datur uita æterna. Hæc igitur supradicta dona, nullis nostris præcedentibus meritis nobis prouenerunt, sed gratuita tantum dei misericordia, quæ per filium nobis pater luminum deus, qui creauit omnia antę secula dare prædestinauit, & in seculo uenturo promisit, & promissa compleuit. Sequitur: [Apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio.] Sine pœnitentia sunt ut Paulus ait: Dona, & uocatio dei, quia nul Rom. 11
la in deo mutabilitas, nec fuit, nec erit. [Voluntarie ge Num. 23
nuit nos uerbo ueritatis.] Nulla necessitate coactus, Malach. 3

sed sua tantum misericordia motus, genuit nos sibi in filios per baptismū, [ut simus initiū aliquod creaturæ eius.] Ad hoc enim deus nos primo ad imaginem suam fecit, ut totum nobis subijceret mundum, ut æquales essemus sanctis angelis eius in immortalitate, si pręceptum eius non pręuaricaremur in paradiso. Sed cum per eandem præuaricationem iam datam, perdidimus immortalitatem. Ad hoc ipse dei filius uenit in mundum, ut ipsam nobis sua passione, & morte redderet immortalitatem, & in angelicam iterum perferret dignitatem, illisq; nos efficeret coæquales. Quid enim retribuimus domino, pro omnibus quæ retribuit nobis, qui tāta bona ab illo accipimus, & adhuc meliora promissa ab illo habemus? Si enim caste, sobrie, iuste, & pie in hoc seculo uixerimus, ad illam promissionem Christi quæ æqualis est omnibus ueniemus. Vnde subditur: [Propter quod abijcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitię, in māsuetudine suscipite insitum uerbum, quod potest saluare animas uestras.] Quietem enim sempiternam expectās, debitum honorē parentibus reddat, nec cruentos homicidio, nec fornicatione turbatus, nec furto fraudulentus, nec mendacio duplicatus, nec uxoris alienæ concupiscentia sordidatus, nec in suis etiam rebus aut luxuria perfluat, aut arescat auaritia. Non sit contentiosus, non sit contumeliosus, non maledicus: uendat postremo omnia sua, et det pauperibus, & sequatur deum, atque in thesauro cœlesti radicem cordis infigat. Prę stante domino nostro Iesu Christo.

Magna hominis dignitas. Psalm. Tit. 2 Virtute præditus regnum cœlorum intrabit. Matth. 19 Matth. 6

¶Dominica V. lectio epist. beati Iacobi Apostoli cap. I.

CHarissimi, Estote factores uerbi, & non auditores tantum, fallentes uosmetipsos. Et reliqua.

Homi-

Homilia lectionis eiusdem.

VErba diuina factis nos adimplere, si ad cœlestia regna uolumus peruenire, ut Iacobus apostolus nos in præsenti lectione, ut audistis hortatur dicẽs. [Estote aũt factores uerbi, & non auditores tantum, fallentes uosmetipsos.] Factores uerbi sunt, qui custodiunt præceptum domini. Fallentes autem sunt, qui uersantur alijs in rebus, desiderantes euangelium audire, sed non implere. Siue qui abscondunt à sacerdote diuino medico suorum uulnera peccatorum, nec ea ad suam uolunt aperire salutem. Nec scripturam, neq; sacerdotem, sed semetipsos fallunt, dum non dei sed diaboli sequuntur uoluntatem. De quibus subditur: [Quia si quis auditor est uerbi, & non factor, hic comparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim & abijt, et statim oblitus est qualis fuerit.] Mulierũ mos est, se in speculo cõsiderare, ut se ualeant adornare, qualiter suis uiris placere possint: Ita animas nostras oportet nos solicite considerare in speculo euangelij, & eius perpendere dicta, quid exinde ornamenti in adimpletionem sacramentorum eius habeamus, ut uiro nostro Christo domino placere ualeamus. Si quid minus ornamenti animabus nostris in perfecto opere euãgelij habemus adeptum, omni solicitudine festinare oportet, ipsum nobismetipsis ornamentum exhibere in operibus sanctitatis, ut cum sponsus noster Christus hora qua non putamus, uenerit, et uocauerit nos, ne forte imparatos inueniat, & excludamur à nuptijs regni cœlestis, & postremo cum fatuis uirginibus frustra ante ianuam incipiemus clamare, & aditum introeundi quærere, cum non possumus inuenire. Non ergo obliuiscamur præceptorum domini, quę sunt animarũ nostrarum ornamenta

Prou. 28 Sacerdoti peccata detegenda sunt.

1. Cor. 7

Virtutũ ornamentis amicti esse debemus.

Mat. 25

menta, sed obseruantes uoluntatem eius, adornemus nos dignis moribus, & sancta conuersatione, ut cum Christus sponsus noster ad nos uocandos uenerit, mereamur cum eo ad æterna gaudia peruenire. Sequitur: [Qui autem se perspexerit in lege perfectæ libertatis, et permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.] Legem li-
Gal. 5 bertatis, charitatem dicit. De qua Paulus ait. In liber-
Gal. 6 tatem charitatis Christi uocati estis. Et iterum: Onera uestra inuicem portantes cum charitate. Nam si quis in charitate perfecta se custodire satagerit, deum uidelicet ex toto corde, tota anima, tota diligendo uirtute, & proximum suum sicut semetipsum, hic non auditor obliuiosus, sed factor operis euangelici comprobatur, & si in eadem speculatione diuinæ legis operando permanserit, hic uere beatus erit, & ad beatitudinem
Religio uera quæ sit. peruениet sempiternam. [Religio munda & immaculata apud dominum, & patrem hæc est, uisitare pupillos, & uiduas in tribulatione eorum.] Cura pupillorum, ac uiduarum ecclesiæ commendatur, & sacerdotibus magnum periculum comminatur, si contradicentibus ueritati resistere noluerint. Quoniã quisquis personã potentis accipit, & ueritatem loqui pauescit, graui multatur culpæ sententia. Multi enim præsules eccle-
Ouium salus pastorũ ob cõmodũ sæpe negligitur. siarum timentes ne amicitiam regis uel aliorum principũ perdant, & molestiam odiorũ incurrant: oues suas lacerandas negligunt. Pastor autem bonus, animã suam ponit pro ouibus suis. Sicut per uigilias pastor contra bestias oues custodire solet, ita et dei sacerdos super
Ioan. 10 gregem solicitus esse debet, ne inimicus uastet, nec persecutor infestet, nec potentioris cuiusque cupiditas uitam pauperum inquietet. Sed sua potius solicitudine & cura diligenti, uitam & salutem mereantur æternam.
Lar-

Largiente domino nostro Iesu Christo. Cui sit honor.

¶ Dominica rogationum, lectio epist. beati Iacobi apost. cap. 5.

CHarissimi, Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem ut saluemini. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

AD optandum salutis nostræ remedium, hortatur nos apostolus Iacobus, ut in præsenti lectione cum legeretur audistis dilectissimi nobis. [Confitemini (inquit) alterutrũ peccata uestra.] Non quod deus indigeat confessione nostra, cui omnia præsto sunt quæ cogitamus, loquimur, aut agimus, sed quia nos aliter salui esse non possumus, nisi confiteamur pœnitentes, quod inique egimus delinquentes. Nam qui seipsum accusat in peccatis suis, hunc diabolus non habet iterum accusare in die iudicij. Debet tamen pœnitens diluere pœnitendo quæ fecit, & non iterum renouare quod fleuit. Qui autem abscondit scelera sua, non dirigetur. Qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, à deo misericordiæ ueniam merebitur sempiternam. [Et orate pro inuicem ut saluemini]. Duo sunt enim genera infirmitatis humanæ, id est, corporis & animæ. Prouide enim monet apostolus orare deum omnipotentem pro utraque infirmitate nostra pro inuicem, diuinæq; clementiæ remedium postulare, ut & corpus in suo sancto seruitio corroboret, & animam ab æterno liberet supplicio. [Multum enim ualet deprecatio iusti assidua.] Assidua eñ debet esse fidelium deprecatio, si obtinere cupit, quod petit. Tamen cum pro inimicis nostris nos dominus orare iubet, quanto magis etiam pro amicis & fidelibus nostris, quia cum fideliter oramus, non pro nobismetipsis

Nuda sunt deo omnia. Heb. 4.

Proue. 28

Infirmitatis humanæ duo genera.

Lucæ 11

Matth. 5

tantum,sed & pro fratribus nostris etiam intente orare debemus,ut salui esse mereamur, quia assiduitas orandi præstat nobis auxilium in aduersis. Sequitur: [Helias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit ut non plueret super terrã,& non pluit annos tres, & menses sex.] Videbat enim iniquitate populi sui, quasi tenebris mundum opertum, cœlum pollutum, terram inquinatam sacrificijs idolorum,& accensus zelo orauit ut forte per famem & sterilitatem terræ conuerterentur ad dominum,& pœnitentiam agerent de peccatis suis. Sequitur: [Et rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.] Iusti enim uiri dum tẽporaliter audiuntur orantes pro aliorum salute, fit hoc sępe, ut dum his pro quibus orant temporali remedio subuenitur,prauorum oculi ad suorum peccatorum confessionem aperiuntur: ita ut pœnitendo remedia suarum percipiant animarum, & ita terra arida pluuijs irrigata fructum profert necessarium. [Si quis autẽ ex uobis errauerit à ueritate,& conuerterit quis eum,scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum.] Cum uero nobis fratres quilibet nostri peccata sua tan quam medicis uulnera quibus urgentur, aperiunt,operam debemus dare, ut quanto citius ad sanitatem deo autore perueniant, ne in peius dissimulata curatione proficiant. Ne sicut caro morbis emortua, si abscisa non fuerit,salutem reliquæ carnis putredinis suæ contagione corrumpit. Ita isti qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus deprauatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiant.Porro illi quorum peccata humanam noticiam latent,nec ab ipsis confessa, nec ab alijs publi-

3.Reg.17

Peccatoribus cito succurrendum.

publicata, si ea confiteri, uel emendari noluerint, deum quem habent testem, ipsum habituri sunt & ultorem. Et quid eis prodest humanum uitare iudicium, cum si in malo suo permanserint, ituri sint in æternum deo retribuente supplicium? Quod si ipsi sibi iudices fiant, & ueluti suæ iniquitatis ultores, hic in se uoluntariam pœnam seuerissime animaduersionis exerceant, temporalibus pœnis mutabunt æterna supplicia, & lachrymis ex uera cordis compunctione fluentibus, restinguent æterni ignis incendia. Largiente domino nostro Iesu Christo. Deus omnium occultorum iudex.

¶ In uigilia Ascensionis, lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephesios. capite 4.

FRatres, Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendẽs in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

GRatiam & misericordiam domini nostri Iesu Christi, quam contulit humano generi, breuiter hic uerbis Apostolus in lectione replicauit præsenti ut audistis. Ait enim: [Vnicuiq; autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.] Iuxta mensuram nanque credentium datur gratia spiritualis: tantum muneris suæ misericordiæ largiens, quantum potest ille cui donatur, accipere. [Propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.] Psal. 67. Nos qui nunc in Christum credimus de gentibus congregati, cum essemus creatura dei, à diabolo captiuati sumus, & eius satellitibus distributi. Venit ergo dominus noster, diuinam maiestatem abscondens in homine, ne à diabolo cogno-

Ioan. 20 cognosceretur, prædicauit nobis, qui à diabolo captiuati fuimus, remissionem: & qui in mortis uinculis te-
Ioan. 10 nebamur, solutionem. Sustinens pro hominibus mortem in humanitate, qui in diuinitate, mori non po-
Oseę 13 tuit, & æternam mortem nostram sua morte deuicit, & de terra surgens in excelsa cœlorum hominem quem assumpsit euexit: Sanctorum animas quæ in inferno tenebantur, à captiuitate eripuit, & ad regna cœlorum secum perduxit: Et credentibus in se hominibus spiritus sancti dona largitur. Vt ipse Aposto-
1. Cor. 12 lus alibi docet: Alij sermonem sapientię, alij sermonem scientiæ, alij ueram fidem, alij gratiam sanitatum, alij operationem uirtutum, alij prophetiam, alij discretionem spirituum. Alij genera linguarum, alij quoque interpretationem sermonum. Diuidens singulis prout uult. [Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ?] Secũdum formam scilicet serui ascendit, ad quam non localiter, sed dignanter descenderat. Descendere autem ideo dicitur, quia descendit in infernum, ad eruẽdas iustorum animas, ut homines etiam secum ad cœlestia reuocaret. [Qui descendit] cum anima in infernum, ipse cũ anima & corpore ascendit in cœlum. [Vt impleret omnia] quę scripta sunt de gloria triumphi sui. [Et ipse dedit quosdam quidem apostolos,] qui per orbem terræ missi sunt prædicare, [quosdam autem prophetas, alios autem euangelistas, alios autem pastores, & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi,] quia corpus domini esse ecclesia intelligitur, quæ diuinis lapidibus, id est, de hominibus construitur fidelibus. Hoc igitur ipsi habent operis, ut secundũ dispensationem, & officia sibi credita, & ecclesiam Christi, id est, corpus eius

Corpus domini dicitur ecclesia.

ædificent. [Donec occuramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.] Vnde omni studio laborandum nobis est, primo ut in fidei occurramus omnes unitatem, deinde in eandem agnitionem filij dei, ita ut in interiore homine Christum fiducialiter imitando, perfecti uiri uocabulum sortiamur. Præsenti enim festiuitate, id est, ascensione Christi domini ad cœlos, quam hodie uenerando præuenimus, deo sumus dilectissimi mira reconciliatione sociati, & cœlestem misericordiam pleniter consecuti, in qua pax nobis miranda donata est per Christum, quam nullus unquam suis meritis ualuit adipisci. Nos qui terra uidebamur indigni, hac solēnitate eleuati sumus ad cœlum, qui nec terrestria merebamur, cœlorum transiuimus fines, & ipsa sede regali decoramur in natura humana. Exultemus itaq; dilectissimi gaudio spirituali, & digna apud dominum gratiarum actione lætantes, liberos cordis oculos ad altitudinem illam in qua Christus est erigamus. Sursum uocatos animos, desideria terrena non deprimant ad æterna prælectos: peritura non occupent uiam ueritatis ingressos. Nihil autem est ualidius dilectissimi contra diaboli dolos, quàm benignitas misericordiæ, & largitas charitatis, per quam omne peccatum aut uincitur, aut declinatur. Sed huius uirtutis sublimitas non prius apprehenditur, quàm illud quod ei est aduersariū subruatur. Quid ergo tam inimicum misericordiæ, & operibus charitatis, quam auaritia, de cuius radice omnium malorum germen emergit? Quæ nisi in sui fomitibus enecetur, necesse est, ut in agro illius cordis, in quo huius mali planta conualuit, spinæ potius tribuliq; uitiorum, quàm ullum uero uirtutis semen oriatur. Resistamus ergo dilectissimi

1. Tim. 6

Auaricia omnium malorum radix.

1.Cor. 13 huic tam pestifero malo, & charitatem sine qua nulla uirtus potest enitere,sectemur, ut per hanc per quam ad nos Christus descendit dilectionis uiam, etiam nos ad ipsum possimus ascendere, cui est cum deo patre,& spiritu sancto honor, & gloria, in secula seculorum, Amen.

¶In die Ascensionis domini,lectio Actuum apostolorum. cap.1.

PRimum quidem sermonem feci de omnibus ô Theophile, quę cœpit Iesus facere & docere, usq; in diem qua præcipiens apostolis per spiritũ sanctum,quos elegit assumptus est. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

LVcas euangelista fratres mei, qui unum ex quatuor euāgelijs scripsit, ipse etiam librum Actuum apostolorum, unde nunc præsens lectio sonuit,edidit: Vbi & primitus de ultimo conuiuio, quod dominus post resurrectionem cum discipulis suis habuit,simulq; de ascensione eius ad cœlum,quam hodie celebramus, mentionem fecit. Exordium enim ipsius libri, ita est.[Primum quidem sermonem feci,]id est, euangelium[de omnibus ô Theophile] episcope, qui hunc me librum Actuum apostolorum scribere cogis, [quæ cœpit Iesus]primum signa monstrando, uel ea quæ ad exempla uitæ pertinebãt [facere,& postea docere,]quia Iesus bonum doctorem instituens,nulla nisi quæ docuit fecit.[Vsque in diem qua pręcipiens apostolis per spiritum sanctũ, quos elegit assumptus est.] Dans præcepta ante assumptionem,obseruare,& adimplere,quæ uel in hoc libro, uel in euangelijs leguntur,[Quibus & præbuit seipsum uiuum, post passionem suam in multis argumentis,per dies quadraginta apparens eis & loquens de regno dei.] Per hanc

Bonus doctor quæ docet perficere conatur.

quadraginta dierum cum discipulis conuersationem significat se omnia tam aperta quàm oculta quæ promiserat impleturum, ut de multis uel unum dicamus quod ait. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. [Et conuescens præcepit illis ab Hierosolimis ne discederent, sed expectarent promissionē patris.] Quod cibos cum discipulis sumpsit, hoc ideo fecit, ut eandem quam à mortuis suscitauerat carnem palpando, atque tractando ueram monstraret. Sequitur: [Quam audistis inquit per os meū: Quia Ioannes quidem Baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto, nō post multos hos dies.] Fuerunt autem iam apostoli aqua baptizati, sed nondum spiritu sancto pleniter, qui eis promittitur post ascensionem illam futurus. [Igitur qui conuenerant, interrogabant eum dicentes. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel?] Consequenter de regno dei percunctantur, utrum uidelicet mox aduenïente spiritu sancto in præsenti esset restituendum, uel in futuro sanctis restituendum credere deberent. [Dixit autem eis. Non est uestrum nosse tempora, uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.] Ostendit quia non expedit nosse nobis mortalibus diem uocationis nostræ, ut semper incerti de aduentu iudicis. Ita soliciti quotidie uiuamus, quasi die alia ad iudicium properare debeamus. [Sed accipietis inquit uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos, & eritis mihi testes in Hierusalem, in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ.] Ac si diceret: Non enim putare debetis, uenīete in uos spiritu sancto, statim huius mundi fieri consummationem, sed uobis tantum uirtutem de me testificandi prębere. [Et cum hæc dixisset, uidentibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis

Apostoli baptizati fuerunt.

Mortis diem nobis non expedit scire.

eorum.] Vbique creatura creatori ſuo præſtat obſe-
quium. Aſtra indicant naſcentem, patientem obnubilat:
recipiunt nubes aſcendentem, redeuntem ad iudicium
comitabuntur. [Ecce duo uiri aſtiterunt iuxtà illos in
ueſtibus albis, qui & dixerunt. Viri Galilæi, quid ſtatis
aſpicientes in cœlum? Hic Ieſus qui receptus eſt à uo-
bis in cœlum, ſic ueniet, quemadmodum uidiſtis eum
euntem in cœlum.] Id eſt, in ea forma carnis, atq; ſub-
ſtantia ueniet iudicaturus, in qua uenit iudicãdus. Nos
ergo dignis moribus aſcenſum in cœlum nobis præpa
2.Cor.5 remus, & peregrinari nos in hac mundi ualle cogno-
ſcamus, in qua etiam ſi quædam commoda blandiun-
tur, non amplectẽda ſunt nequiter, ſed deſpicienda ſunt
fortiter. Ideo dilectiſſimi fratres, ſi aſcendere uultis in
cœlum, hic in ſpe noſtra interim roboremur: in hoc uo
tis omnibus æſtuemur: hoc meditemur in terris, quod
computamur in cœlis. Facile enim corpus leuabitur in
cœlum, ſi non præmat ſpiritum ſarcina peccatorum.
Quapropter dilectiſſimi erigamur ad eum, qui pulue-
rem noſtræ abiectionis corpus fecit gloriæ ſuæ, & ut
aſcenſionis eius mereamur eſſe conſortes: humilitatis
& patientiæ ipſius ſimus æmulatores. Per omnia ſecu-
la ſeculorum, Amen.

¶Dominica I. poſt Aſcenſionem, lectio epi-
ſtolæ beati Petri apoſtoli.

1.Pet.4.

CHariſſimi, Eſtote prudentes, & uigilate in ora-
tionibus. Ante omnia autem mutuam in uob[illegible]
metipſis charitatem continuam haben[illegible]
charitas operit multitudinem peccatorum. Et re[illegible]

Homilia lectionis eiuſdem.

APoſtolica uerba nos fratres chariſſimi c[illegible]
rare oportet, quæ in præſenti lection[illegible]

mus beatum Petrum admonentem atque dicentem.
[Estote itaque prudentes,et uigilate in orationibus.]
Complentes opere ea quæ sunt in euangelio scripta.
[Ante omnia autem in uobismetipsis charitatē conti Charitas
nuā habentes.] Hæc enim maior esse omnibus uirtuti omnibus
bus creditur. [Quia charitas operit multitudinē pec- uirtuti-
catorum.] Suorum uidelicet,et illius quē per suam do bus ma-
ctrinam ad meliorem conuertit uitam. [Hospitales ior.
inuicem sine murmuratione.] Murmuratio enim,no 1. Cor. 15
xia est operibus bonis. Et ideo hilarem datorem dicit 2. Cor. 9
Apostolus diligere deum. [Vnusquisque sicut accepit Eccles. 35
gratiā,in alterutrū illam administrantes,quasi boni di
spensatores multiformis gratiæ dei.] Dantes propter
deum propria diligenter indigentibus. [Si quis loqui-
tur,quasi sermones dei.] Id est,ut qui diligenter præ-
dicat præceptum domini deo reputet,non sibimetipsi.
Sed quasi sermones dei loquatur, ut non humano sen-
su ea quæ studeat intelligere, secundum carnalem sci-
licet sapientiam sapiat,sed secundum quod spiritus san
ctus dictauit. Eo modo spiritualiter ea intelligere stu-
deat, & operibus adimplere. [Si quis ministrat,tan-
quam ex uirtute quam administrat deus.] Vt omnia Deus ope
dei dona diuinæ imputet gratiæ, nihilq; suis quis me- ratur o-
ritis audeat deputare:quia bonum quicquid est in ho- mnia in
mine,ex dei tantum est operatione,non ex humana sa omnibus
pientia,uel uirtute. Humiliter tamen impendere debe- Ioan. 15
mus proximis bonum quod habemus, quia scimus Nihil no-
[illegible] ex nobis esse quę sunt bona,sed ex dei tantum pro bis tribua
[illegible] gratia. [Vt in omnibus honorificetur deus,per mus.
[illegible] Christum dominum nostrum.] Ex omnibus Danie. 9
[illegible] quæ deus humanæ tribuit largitati, ipsi semper 2. Cor. 3
[illegible]bus laus & gratiarum actio referatur, ut ex- 1. Tessal 5
[illegible]m æternam in ea laude,& gratiarumactione

k digna

digna, permanentes obseruatione mereamur. Ideo necesse est ut sæpius cogitemus, quales fieri uoluerimus in die iudicij, purissimis angelorum conspecti-
Matth.12 bus offerendi, & æterno iudici rationem de libris con-
Apoc.20 scientiæ reddituri. Vincamus ergo uoluptates, & contentiones, dum nobis tempus illud expectatissimum ac beatissimum felici mutatione æternæ uitæ succedit. Quando implebitur illud, quod dominus dicit. Erunt
Mat.22 homines similes sanctis. In assiduis ergo fletibus, in quotidiana simus nostra pœnitentia, habemus enim sacerdotem in cœlis, qui interpellat pro nobis. De quo
1.Ioan.2 etiam per Ioannem dicitur: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio peccatorum. Ecce exultat ani-
Christus fidelis aduocatus noster. mus, cum aduocati nostri potentiam audiuimus. Sed exultationem nostram iterum remordet timor, quia ipse qui nobis aduocatus est, dicitur iustus. Nos enim causas iniustitiæ habemus. Iustus uero aduocatus iniustas causas nullo modo suscipit, nec uerba dare pro iniustitia consentit. Quid ergo agimus charissimi fratres mei? Sed ecce occurrit animo quid agamus. Mala quæ fecimus, & desiderauimus accusemus. Scriptum est. Iu-
Proue.18 stus in principio accusator est sui. Quilibet etenim peccator conuersus in fletibus, iam iustus esse inchoat, cum cœperit accusare quod fecit. Cur enim iustus non fit, qui contra suam iniustitiam iam per lachrymas sæuit? Iustus igitur aduocatus noster inter iustos nos defendet in iudicio, quia nosmetipsos & cognoscimus, & accusamus iniustos. Non ergo in fletibus, non in actibus nostris, sed in aduocati nostri allegatione confidamus. Qui uiuit & reg.

¶In uigilia Pentecostes, Actuum apostolorum. capite 19.

IN diebus illis. Cum Apollo esset Corinthi,& Paulus peragratis superioribus partibus ueniret Ephesum,& inueniret quosdam discipulos, dixit ad eos: Si spiritum sanctum accepistis credentes? Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

PLenissime quidem nobis dilectissimi causam ac rationẽ præsentis festiuitatis diuinorũ eloquiorum textus ostẽdit. Qũo spm̃ sctm̃ qnquagesimo post resurrectionẽ die,qui ab ascẽsione eius est decimus,infusum Christi discipulis sicut promissus sperabat,agnouimus.Sed ad admonendos uos,addendus est etiã sermo ex lectione prǽsenti,quã audistis.[Factum est(inquit) cum Apollo esset Corinthi,& Paulus peragratis superioribus partibus,ueniret Ephesum,& inueniret quosdam discipulos,dixit ad eos:Si spiritum sanctum accepistis credentes?] Hoc est, Num post baptisma,manus impositionem, qua spiritus sanctus dari solet accepistis?[At illi dixerunt. Sed neque,si spiritus sanctus est, audiuimus. Ille uero ait: In quo ergo baptizati estis?Qui dixerunt. In Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus:Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum,dicens:in eum qui uenturus esset post ipsum ut crederent, hoc est in Iesum.] Non hoc baptisma remissionem peccatorum dare potuit, sed pœnitentiam tantum docere. Nam sicut circumcisio in patriarchis signaculum erat fidei quam gerebant, ita & hoc lauacrum populus pœnitens, quasi singulare signaculum suæ deuotionis accepit.Quod tamen ipsum figuraliter etiam Christi baptisma,quo remissio dare[illegible] ostenderat.[His auditis,baptizati sunt in nomine [illegible]mini Iesu.]Si enim talibus sola cõmunicatio corporis,& sanguinis Christi, ut quidam dogmatizant sufficere [illegible]uisset,non opus esset à discipulis Christi baptizari,

Baptismo Christi datur peccatorum remissio,nõ Ioannis.

Circuncisio fidei signaculũ fuit.

zari,quos Ioānes aqua baptizauerat, sed tm̃ corporis, & sanguinis Christi participatiōe cōfirmari. Baptismū enim à pœna æterna,non à præsentis uitæ supplicio liberat. Quia si à pœna præsenti homines liberarentur per baptismum, ipsum putarent baptismi præmium, non illud æternum. Attamen soluto reatu peccati manet quædam temporalis pœna, ut illa uita feruentius requiratur,quæ erit à peccatis omnibus aliena. Nullus negat fidelium, etiam post baptismum quo peccata delentur,quotidie quamdiu in hoc seculo uiuimus ad deum nos debere conuerti. Quod quamuis sine intermissione sit quotidie agendum,nunquam tamen sufficiet fecisse. Qui in maternis sunt uteris,ideo cum matre baptizari non possunt, quia qui natus adhuc secūdum Adam non est, renasci secundum Christum non potest. Neque enim dici regeneratio in eum poterit,quē generatio non præcessit. Qui scelerate uiuunt in ecclesia & communicare non desinunt,putantes se tali com munione mundari: discāt nihil hoc ad emundationem proficere fidei. Dicente propheta: Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas? Et Apostolus: Probet(inquit)se homo,& sic de pane illo edat,& de calice bibat. Nos uero dilectissimi deo auxiliante, dedignemur seruire peccato, quibus certa beatitudo pręparatur in cœlo. Dum ergo licet nobis,& in nostra potestate est, respuamus falsa, & transitoria,ut ea quæ uere bona sunt recipiamus à domino. Euacuemur uitiis,& uirtutibus repleamur. Largiēte domino nostro Iesu Christo. Qui.

[Margin: Tribulamur ut æternam uitam ardentius quæramus. — Hier. 11 — 1.Cor.11 — Ioan. 9]

¶In Pentecoste,lectio Actuum apostolorum.cap.2.

IN diebus illis. Cum complerētur dies Pentecostes, erant

erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repente de cœlo sonus tanq̃ aduenientis spiritus uehementis, & repleuit totã domũ ubi erant sedẽtes, &c.

Homilia lectionis eiusdem.

HOdiernam dilectissimi festiuitatem toto terrarum orbe uenerabilem ille sancti spiritus consecrauit aduentus, qui post resurrectionem quinquagesimo die in apostolos & credentes (sicut sperabatur) influxit, ut in præsenti lectione, cum legeretur audistis. [Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco.] Hoc est, in cœnaculo, ubi se collegerant post ascensum statim domini, ubi expectabant promissum spiritus sancti. Quicunque enim spiritu sancto adimpleri desiderant, carnis domicilium necesse est, ut mentis contemplatione transcendant. [Et factus est repente de cœlo sonus tanquã aduenientis spiritus uehementis, & repleuit totam domum ubi erant sedentes.] Per ignis quidem similitudinem dominus discipulis apparuit, sed per semetipsum locutionem interius fecit. Et neq; ignis deus, neque ille sonitus fuit, sed per hoc quod exterius exhibuit, expressit hoc quod interius iussit. [Et apparuerunt illis dispartite linguæ tanquam ignis.] spiritus enim sanctus in linguis igneis apparuit, qa omnes quos impleuerit, ardentes pariter, & loquentes facit. Et quia sancta ecclesia per mundi terminos dilatata omnium gentium erat uoce locutura. [Seditq; supra singulos eorum.] Certa requies eius indicatur in sanctis. [Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis.] Varietas enim linguarum, dona uariarum significat gratiarum. Verum non incongrue intelligitur spiritus sanctus, ideo primum linguarum donum dedisse ho-

Spiritus sanctus cur in linguis apparuerit.

minibus, quibus humana ſapientia forinſecus & dicitur & docetur, ut oſtenderet quam facile poſſit ſapientes facere ſapientia dei, quæ in cœlo eſt. [Erant autem in Hieruſalem habitantes Iudæi uiri religioſi ex omni gente, quæ ſub cœlo eſt. Facta autem hac uoce conuenit multitudo, & mente cõfuſa eſt, quia audiebat unuſquiſque lingua ſua illos loquentes.] Ipſe enim eorum ſermo hanc in ſe uim habebat, ut cum diuerſarum gentium auditores ibi eſſent præſentes, unuſquiſque linguam ſuam per ipſius unius ſermonis qui ab apoſtolis fuerat pronunciatus, ſuſceperat auditum, & capiebat intellectum. His dilectiſſimi, alijſq; documentis, quibus innumerabiliter diuinorum eloquiorum coruſcat autoritas, ad uenerationem Pentecoſtes unanimiter incitemur: exultantes in honore ſpiritus ſancti, per quem omnis catholica eccleſia ſanctificatur: omnis anima rationalis imbuitur, qui inſpirator fidei, doctor ſcientiæ, fons dilectionis, ſignaculum caſtitatis, & totius eſt cauſa uirtutis. Gaudeant fideliũ mentes, quod in toto mundo unus deus pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, omniũ linguarum confeſſione laudatur, quodq; illa ſignificatio quæ in ſpecie ignis apparuit, & opere perſeuerat, et munere. Ipſe enim ſpiritus ueritatis facit donum gloriæ ſuæ luminis nitore fulgere, & in templo ſuo, nec tenebroſum aliquid uult eſſe nec tepidũ. De qua ope atq; doctrina, etiam ieiuniorum nobis atque eleemoſynarum eſt collata purgatio. Nam hunc uenerabilem diem ſequitur ſaluberrima obſeruantię cõſuetudo, quam utiliſſimam ſibi omnes ſancti ſemper experti ſunt, & ad quam ſedulo celebrandam paſtorali uos ſolicitudine cohortamur, ut ſi quid macularum proximis diebus negligentia incauta contraxit, id & ieiunij cenſura caſtiget, & deuotio pietatis emendet. Per dom.

Spiritus ſcti gratia totius bonitatis cauſa.

¶Fe-

¶Feria IIII. lectio Actuum apostolorum capite 2.

IN diebus illis. Stans Petrus cũ undecim, eleuauit uocem suam, & locutus est eis. Viri Iudæi, & qui habitatis Hierusalem uniuersi, hoc uobis notum sit, & auribus percipite uerba mea. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

POst aduentum spiritus sancti in apostolos, quem adhuc præsenti festiuitate celebramus. Iudæi audientes apostolos plenos spiritu sancto, omnium genera linguarum loquentes, stupebant ualde, & mirabantur. Alij autem deridentes, dicebant, quia musto repleti sunt. Ignorantes tamen uera dicebant, quia musto spiritualis gratię erant repleti. Iam enim uinum nouum in utres nouos uenerat, cum apostoli non in uetustate literæ, sed in nouitate spiritus, dei magnalia resonarent. [Tunc stans Petrus cum undecim, (ut in præsenti lectione audistis,) eleuauit uocem suam, & dixit: Viri Iudæi, & omnes qui habitatis Hierusalem uniuersi hoc uobis notum sit, & percipite auribus uerba mea. Non enim sicut uos existimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia.] Spiritus sanctus gloriam indiuiduæ trinitatis mundo prædicaturus, tertia conuenienter hora descendit super apostolos, qui erant in oratione perseuerantes. Recte autem spiritum sanctũ orationis hora percipiunt, ut ostendatur legentibus, quia spiritus sancti gratia nõ facile percipitur, nisi mẽs à carnalibus suspensa, ad superna semper meditanda eleuetur. [Sed hoc est, quod dictum est per prophetam. Effundam de spiritu meo super omnẽ carnem.] In uerbo effusionis, ostendit muneris largitatem, & non ut olim prophetis, & sacerdotibus tantum datur spiritus sanctus, sed credentibus omnibus passim in

Mustum gratia spiritus sancti dicitur.

Actu. 1

Iohel 2.

utroq; sexu, conditionibus, & personis, eadem est gratia concessa. [Et dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum.] Prodigia in cœlo, domino na-
Luc 2.25 scente nouum sydus apparuit: illo crucem ascendente sol obscuratus est, sed & ipsum cœlum tenebris est obductum. Signa in terra, quę domino spiritum emittente contremuit, monumenta aperuit, saxa scidit & multa quæ dormierunt sanctorum corpora rediuiua protulit. [Sanguinem & ignem, & uaporem fumi.] San-
Ioan. 19 guinem de latere suo emanantē dedit, quo totius mundi salus processit, & maledictio deleta, & tota est terra sanctificata. Ignem autem, id est, spiritum sanctum dedit, qui exurit omnia uitia, & peccata in homine. Vaporem, id est, gratiam compunctionis, & fletuum. Potest etiam in igne fidelium illuminatio: In uapore fumi, Iudæorum qui non crediderunt, cæcitas intelligi. [Et omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit.] Hoc est quod Petrus alibi ait. Quia non est personarum acceptor deus, sed in omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Quæ cum ita sint, perspice ô homo quantum ualeas, & perpende quid debeas, ut tandem uilis esse ibi desinas, ut uel per hoc erubescendis subiacere uicijs dedigneris, dũ generositatem tuam de creatoris, ac reparatoris dignitate imiteris. Habet ergo homo causas quibus se ipse confundat, cur indignis dominis uicto corde subdatur, cui & gloria promittitur æterna. Ac sicut gemino priuilegio diuinæ imaginis participatione uidebaris honoratus, efficeris etiam commercij nobilitate precio sus. Vnde ergo tam fortis esse possis contra hostem tuum, interroga statum tuum cum tibi dominus ad debellandum in membris tuis mundi principem, ac spiri-
Ephes. 6 tuales nequitias superandas, liberam contulit faculta-

Ignis spiritus sanctus dicitur.

Vapor gratia cõpunctionis est.

Actu. 10

tem,

tem,ac sic impossibile non putes te transferri ut cœlestia obtineas,si angelicas deuiceris potestates. Non ergo te degenerem,ac despectum faciat uita,quem uel factura probatur illustrẽ protulisse, uel gratia,sed cursum suum fideles Christi, ad superna fiducialiter attollant. Nam qui se cœlesti precio uident redemptos, ad cœlestia non dubitant præparatos. Per dominum nostrum Iesum Christ.

¶Feria VI, lectio Actuum apostolorum.
capite 2.

IN diebus illis. Aperiens Petrus os suum dixit. Viri Israhelitæ,audite uerba hæc. Iesum Nazarenum uirum approbatũ à deo in uobis,uirtutibus,& prodigijs,& signis, quæ fecit per illum deus in medio uestri,sicut uos scitis. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

PEtrus apostolus,quasi doctor,& magister,incredulos qualiter misericordiam mererentur admonuit,ut iusto timore compũctis, consilium salutis postmodum illis oportunius impenderet,ut prȩsens lectio recitata demonstrat. [Aperiens (inquit) Petrus os suum,dixit. Viri Israhelitæ,audite uerba hȩc. Iesum Nazarenum, uirum approbatum à deo in uobis,uirtutibus,& prodigijs,& signis,quæ fecit per illum deus in medio uestri,sicut uos scitis. Hunc definito consilio,& præscientia dei,traditum per manus iniquorum, affigentes interemistis, quem deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.] Quasi scientibus legem loquitur, ipsum Christum ut à prophetis esset promissus ostendit, nec tamen hunc autoritate sua dei filium nominat, sed uirum approbatum,uirum iustum,uirum à mortuis suscitatum,non usitate cum cæteris,atque communi resur-

rectione,id est,in fine seculi dilata,sed tertia die celebrata,ut singularis & gloriosa resurrectionis assertio testimonium æternæ diuinitatis acquireret,atque humanę conditionis merita supergressum, & ideo magis deo quàm hominibus hoc testimonium conferendũ: [David enim dicit de eo. Prouidebam dominum in conspectu meo semper,quoniã à dextris est mihi, ne com mouear.] Ac si diceret propheta ex persona Christi. Veniens in humanitate quæ mortalis est, atque pertransiens non tamen dimisi eam formam quæ semper permanet. [Per hoc in cogitationibus iucunditas, & in uerbis exultatio,] propter resurrectionem scilicet in interitu, [sed in spe] resurrectionis obdormiet.
Psalm. 15 [Quoniã neq; animam meam in inferis possidendam dabis, neque sanctificatum corpus,] per quod & alij sanctificati sunt, [corrumpi patieris: quia notas mihi fecisti uias uitæ,] quibus irem ad æternitatem,in quibus post tristitiam passionis, [adimplebis me læticia cum uultu tuo,] & ascendenti in cœlis dabis delectationes dexteræ tuæ,usque in finem. Descendit quidem Christus secundum animam ad inferos, ut iustorũ inde animas liberaret. Et cito reditu corpus resurecturum petijt. Ex die quadragesimo in cœlũ ascendit, [& promissione spiritus sancti accepta à patre, effudit in suos fideles hunc quē uidetis,& audistis in linguis igneis in nostro sermone.] Repletis nãq; apostolis uirtute promissa,& in corda eorũ spiritu ueritatis ingresso. Nõ ambigimus inter cætera cœlestis sacramenta doctrinæ,spiritualis continentiæ doctrinã, de paracleti magisterio primitus fuisse conceptam,ut sanctificatæ ieiunio mentes conferendis sibi carismatibus fierent aptiores. Tanto enim fit rationalis anima purgatior, quanto fuerit à carnali substantia separatior. Igitur post sanctę læticiæ

ciæ dies, quos in honorem domini à mortuis resurgentis, ac deinde in cœlos ascendentis exegimus, póstque perceptum sancti spiritus donum salubriter, & necessaria consuetudine sunt ordinata ieiunia: Vt si quid forte inter ipsa festiuitatum gaudia negligens libertas, & licentia immoderata præsumpsit, hoc religiose abstinentiæ censura castiget. Quę ad hoc quoque studiosius exequenda est, ut illa ad nos quę ecclesię diuinitus sunt collata pertineant, Templum enim facti spiritus sancti sumus, & maiore quàm unquam copia diuini fluminis irrigamur. Nullis igitur debemus concupiscentijs uinci, nullis uicijs possideri, ut uirtutis habitaculum, nullis sit sordibus pollutum. Quod utique regente atque adiuuante nos domino omnibus obtinere possibile est, si per ieiunij purificationem, ac misericordię largitatem, studeamus à peccatorum sordibus liberari, & charitatis fructibus esse fœcundi. Quicquid enim in cibos pauperum, in curationes debilium, in precia captiuorum impenditur, non minuitur, sed augetur. Nec unquam apud deum perire poterat, quod fidelis benignitas erogarit, dum id quod alicui tribuit sibi recondit ad præmium. Beati enim misericordes, quoniam ipsorum miserebitur deus. Nec delictorum memoria erit, ubi testimonium pietatis adfuerit. Quarta igitur & sexta feria ieiunemus, sabbato autem uigilias apud beatissimum Petrum apostolum celebrabimus. Cuius nos orationibus, & à spiritualibus inimicis, & à corporeis hostibus confidimus liberari Per domin.

Abstinentia corpus purgatur.

Matth. 5

¶ Dominica in octaua Pentecostes, lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1. Corinth. 12.

FRatres, Scitis quomodo cum gentes essetis, ad simulacra muta, pro ut ducebamini euntes. Ideo no-

notum uobis facio, quod nemo in ſpiritu dei loquens, dicit anathema Ieſu. Et reliqua.

Homilia lectionis eiuſdem.

CElebratur apud nos hodie dilectiſſimi octauus dies ſolẽnitatis pręcipuę, qua deus dei filius promiſſum ſpiritum ſanctum in filios adoptionis effudit. De quo etiã ſpiritu apoſtolus ait, quod in pręſenti lectione audiſtis. [Scitis enim, quoniam cum gentes eſſetis, ad ſimulacra muta, prout ducebamini euntes.] Hoc eſt antequam ueræ fidei rationem cognouiſſetis, & ante agnitionem filij dei idola muta & uana colebatis. [Ideo notum uobis facio, quod nemo in ſpiritu dei loquens, dicit anathema Ieſu.] Optat Apoſtolus, utinam irrationabiles, mobilesq́ non eſſetis. Cum religione enim, & mores mutare debetis, & noſſe uerę fidei rationem. [Et nemo poteſt dicere dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto: Sicut enim operarios iniquitatis dominus non agnoſcit, quamuis uirtutes operentur, ita & Chriſtus eos non cognoſcit, qui eum dominum Ieſum tantum uoce, non rectis operibus confitentur. Vt ipſe ait: Non omnis qui dicit mihi domine domine, in regnum cœlorum intrabit, ſed qui facit uoluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorũ. [Diuiſiones uero gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem dominus. Et diuiſiones operationũ ſunt, idem uero deus, qui operatur omnia in omnibus.] Hic uult oſtendere gratias ſpiritus ſancti multas eſſe, & diuiſas. Non autem ipſam diuinam ſubſtantiam eſſe diuiſam, unde ipſæ gratiæ largiuntur. Dicendo enim ſemper idem omnia ſe dicere de ſpiritu ſancto declarat. Hæc autem omnia operatur unus, atque idem ſpiritus. Manife-

Lucæ 13

Matth. 7
Non in ſermone ſed uirtute eſt regnũ dei.

nifesta enim prędicatio est unius deitatis, uniusq; substantiæ, patris, & filij, & spiritus sancti, qui sua potestate dominus deus singulis quibusq;, prout uult gratiarum dona largitur. [Vnicuique autem datur manifestatio spiritus, ad utilitatem. Alij autem per spiritum datur sermo sapientiæ.] Sapientiæ sermo est, sapienter & aperte rationabiliter loqui, & posse differere, uel docere quæ nouerit. Sequitur: [Alij autem sermo scientiæ, secundum eundem spiritum.] Vt sciat legis mysteria explanare, & de præteritis etiã futura cognoscere. [Alteri fides, in eodẽ spiritu.] Quia alij ueracior atq; perspicacior intellectus datur ad fidẽ. [Alij gratia sanitatum in uno spiritu.] Per ipsum datur spiritum sanctum, ut curare possit ægrotos. [Alij prophetatio,] ut futura prædicet. [Alij discretio spirituum.] Vt qualis quis spiritu ueniat, uel loquatur, intelligat. [Alij genera linguarum,] ut multis, ac diuersis linguis ualeat loqui. [Alij interpretatio sermonũ. Hæc autem omnia operatur unus, atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult.] Bene enim de eodem spiritu scriptũ est. Ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia, quęcunque dixero uobis. Bonus igitur magister est, idem paracletus spiritus, qui omnia nos docet, quæ Christus docere promisit. Octauum quoque diem aduentus spiritus sancti hodie celebramus: sed ita necesse est ut agamus, ut quotidie eum ad nos castigatis operibus, & castis pectoribus inuitemus. Sicut enim puri, atque purgati sensibus, & cogitationibus esse debemus: Ita nos oportet ori, & cordi adhibere custodiã, ut nos dignos semper eius uisitatione, & illuminatione faciamus, ut uideamur liberi esse ab omni immunditia cogitationum, quia ut dixi, peruersę cogitationes separant à deo. Studeamus liberi esse ab omni obtrectatione,

Spiritus sancti gratia ad utilitatẽ datur.

Ioan. 14

Spiritus sanctus multa nos docet.

Casta pectora spiritus sancti templa.

Sapien. 1

Sapien. 1

ne, omniq; malitia, quia in maleuolam animam non ingreditur sapientia, nec habitat in corpore subdito peccatis. Per iram ac superbiam, animæ negligentium, Ephes. 4. spiritus sancti custodia, & protectione nudātur. Non ergo per huiusmodi passiones contristemus spiritum sanctum, sed potius eum ad sedē cordis nostri per gratiam humilitatis, & pacis, ac mansuetudinis reuocemus, ac lætificemus eum operibus, & profectibus nostris, ut emundati penitus, ac purificati, habitaculum dei efficiamur. Et spiritus sanctus, qui descendisse die octaua legitur, in nobis semper esse dignetur. Præstante domino nostro.

¶Dominica I. post octauam Pentecostes, lectio epistolæ beati Ioannis Apostoli.

1. Ioan. 4.

CHarissimi, Deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum, misit deus in mundum, ut uiuamus per eum. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

INtendere oportet, & audire fratres charissimi, diligenterq; memoriæ commendare, simul & operibus adimplere, quod nos Ioannes apostolus in præsenti lectione docet dicens. [Deus charitas est.] Charitas autem dilectio est pura, & immaculata. Pura ab omni labe peccati, pura à cogitatione peruersa, pura 1. Cor. 13 ab ociosa & inutili loquela, & ab omni malitia pura, & ab omni opere malo. Castus amor, dilectio syncera. Dilectio uera, amor fidelis: amor qui nutrit omne bonum: amor qui fugit, & odit omne malum: amor, sine quo nihil est bonum: amor à quo procedit omne bonum. Hunc qui habet, omne bonum possidet, quia ipsum deum habet, quia deus charitas est. [In hoc ap-

Charitas quid operetur.

paruit charitas dei in nobis, quoniam filiũ ſuum uni-
genitum miſit deus in mũdum,ut uiuamus per eum.]
In hoc probatur charitas dei patris in nobis eſſe, quia Ioan. 3
unicum filium ſuum mori miſit pro nobis. In hoc pro Rom. 8
batur Chriſti filij dei charitas in nobis, quia mortuus
eſt pro nobis iuſtus, pro iniuſtis, ut iuſti efficeremur,
& digni deo per opera bona,& uoluntatem puram in
domino. Et ita pro mortuis moritur, ut nos qui era-
mus mortui in peccatis, & in delictis necati, ab omni
liberaret peccato,remiſſionemq; donaret omnium cri
minum,atque à morte nos reuocaret ad uitam. Salus
pro infirmis mortuus eſt Chriſtus, ut nobis ſalutem
donaret æternam. [In hoc eſt charitas,non quaſi nos
dilexerimus eum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos,
& miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis no-
ſtris.] Nullis etenim meritis hominum, deus pater di Tit. 3
lexit homines, ſed ſola tantum gratuita miſericordia
ſua in tantum dilexit homines,ut unicum filium ſuum
mitteret pro peccatis hominum, ne homines amplius
morerentur in peccatis, quicunque eius obedirent pręe
ceptis. Et quia per inobedientiam primi hominis mo- Rom. 5
riebantur omnes homines deo in peccatis, ideo obe-
diẽs eſſe dignatus eſt deus ipſe filius dei deo patri ſuo
uſque ad mortem ut pro hominum moreretur uita &
ſalute,ut omnibus ſibi credentibus uitæ uiam aperiret, Ioan. 10
& ſecum ad æternam & beatam immortalitatem per-
duceret, unde per culpam ceciderant. [Chariſſimi, ſi Ioan. 15.
ſic deus dilexit nos,et nos debemus inuicem diligere.] 13.
Cum ergo tantum nos deus nullis meritis dilexit, ut
diximus,cur nos inuicem odio habemus,niſi ut diabo- Inuidi di
lo ſatiſfaciamus,& dei uolũtati repugnemus? Cur in- abolum
uidia proximi ſtimulamur, niſi ut ingratam nobis di- imitan-
lectionem faciamus? Cur iracũdia & zelo mordemus tur.

pro-

proximos, nisi ut dei mādata despiciamus, et non deo, sed diabolo nos mancipemus? Meminisse solicite debemus, quia in tantúm nos deus dil. xit, ut filium suum mitteret mori pro nobis. Et quia nihil deo pro tanta pietate sua retribuere digne ualemus, nisi ut nos inuicem puro corde, et casta ac syncera charitate diligamus in deo non iniquo & noxio amore seculari. Nihil nostris proximis faciamus, quod nobismetipsis fieri nolumus: nihil boni quod nobismetipsis fieri optamus proximis nostris inuideamus. Talibus enim uerbis fratres mei cognoscere possumus, quia contra talem dilectionem facere, ut audistis, cōtra dominum facere est, quia deus est dilectio. Nemo dicat, in hominē pecco, quando non diligo fratrem meū. Nam qui non diligit, manet in morte. Qui autem diligit, inhabitat in eo spiritus sanctus deus, [quia deus charitas est. Et qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo] Omnis enim qui non diligit deum, alienus est ab eo, & hic est antichristus. Et quamuis intrat basilicam, numerari inter filios dei nō potest. Hoc est ergo proprium hominum à deo donum. Ipse est fons salutaris. Ad hunc bibendū docet nos Apostolus: ad hunc bibendum nos hortatur spiritus sanctus, quia si diligimus inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. Ipso largiente domino nostro Iesu Christo.

Ioan. 3 — Charitatem synceram deus à nobis requirit. — Tobiæ 4 — Matth. 1 — Contra fraternā charitatē agere, est cōtra deū facere. — Charitas filios dei à filijs mūdi diuidit — Ioan. 13 — Psalm. 35

¶Post octauam Pentecostes, lectio epistolæ beati Ioannis apostoli.

1. Ioan. 3.

CHarissimi, Nolite mirari si odit uos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres.

Homilia lectionis eiusdem.

DE humanitate erga proximos, & de cauendo odio,

odio, præsenti lectione admonemur. [Nolite mirari inquit si odit uos mũdus] Mundi enim nomine in scripturis, sępissime amatores mundi dicuntur. [Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres.] Per magnam domini nostri Iesu Christi clementiam translati sumus, per eius passionem & mortem, atque resurrectionem, de morte, & potestate diaboli, ad liberam domini dei nostri seruitutem, & de tenebris æterni supplicij ad beatitudinis æternę gaudia sumus perducti. Et hoc in nostra situm est potestate, utrum mortem eligamus, an uitam. Mortem eligimus, si in odio proximi, & in amore persistimus mundi. Vitam ergo eligimus, si deum toto corde, tota mente, & tota uirtute diligimus, & proximos nostros sicut nosmetipsos. [Qui enim non diligit manet in morte.] Redeat ergo unusquisq; ad cor suum, si ibi inueniet charitatem, id est dilectionem dei & proximi puram, securus sit, quia transiuit de morte ad uitam. Ne ergo putetis fratres, leue esse odisse fratrem. Audite quod sequitur. [Omnis qui odit fratrem suum homicida est.] Iam enim si continet quis odium fraternum, nónne homicidiũ in corde suo continet? Quãuis ergo manus non moueat ad occidendum hominem, per odium proximi, iam ut homicida, reus est ante deum. [Et scitis quoniam omnis homicida non habet uitam æternam in se manentem.] Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, et ubi odium, uel inuidia manet, nõ habet ibi locum charitas, qui est deus, nisi per longam benignitatem & humanitatem proximi, per cõfessionem, & patientiã emendetur. Nam ubi non est charitas, id est, ubi spiritus sanctus in corde hominis locum nõ habet, diabolum habet habitatorem. Quapropter dilectissimi, abijcite de cordibus uestris

Mundi nomine amatores mundi significantur.

Ioan. 1
Rom. 6

Homo est liberi arbitrij.

Ecclesi. 15
Mat. 22

Odium fraternũ homicidium est.

Inuidia corda diaboli sunt templa.

odium & inuidiam, quæ præparant in uobis diaboli mansionem. Estote benigni erga proximos, & diligite eos, & spiritui sancto per confessionem puram dignum in cordibus uestris habitaculum per opera misericordiæ præparate. [In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animã suam posuit, & nos
Ioan. 13 debemus pro fratribus animas ponere.] Exemplum enim Christi, & Apostolum nos imitari oportet, ut doctrina, uel prædicatio nostra operibus comprobetur. Proinde sacerdotes nullius hominis inimicitias formidare debent, sed oppressores pauperum, & po-
Peccantes tentes inique agentes, palam debent arguere, sed & op
coram o- pressores pauperum, & inopum ad sui emendationem
mnibus solicite prouocare. Quod si arguunt in charitate dei et
arguẽdi. proximi, fideles probantur existere. Si qui contra diuites inique agentes, non se ad corrigendum erexerint sa
Ioan. 10 cerdotes, mercenarios se, non pastores esse demonstrant, & à dei charitate extraneos. [Qui autem habuerit substantiam mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quomo
Viscera do charitas dei manet in eo?] Si enim nondum es ido
misericor neus mori pro fratre, iam idoneus esto dare de tuis fa
diæ, fratri cultatibus fratri. Si enim superflua te induras dare fra
egenti a- tri tuo, animam tuam quomodo poteris ponere pro
perienda. fratre tuo? Iacet pecunia in sinu tuo, quam tibi fures
Pecuniã auferre possunt, & si illam non auferunt fures, morien
deserere do illam deseris, etiamsi te illa uiuentem non deserat.
oporte- Quid inde facturus es? esurit frater tuus, & in necessita
bit. te positus est: non habet ipse, tu autem habes. Conside
1. Cor. 6 ra enim: simul empti estis: unum est pretium uestrum amborum: Christi enim sanguine redempti estis. Ipso auxiliante domino nostro Iesu Christo. Qui.

¶Domi-

¶Dominica III. poſt octauam Pentecoſtes, lectio epiſtolæ beati Petri apoſtoli

1.Pet.5.

CHariſſimi, Humiliamini ſub potenti manu dei, ut uos exaltet in tempore uiſitationis. Omnem ſolicitudinem ueſtram proijcientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de uobis. &c.

Homilia lectionis eiuſdem.

MOdo fratres chariſſimi, audiuimus beatum Petrum apoſtolum ad humilitatem nos cohortantem, atque dicentem. [Humiliamini igitur ſub potenti manu dei.] Manus dei poteſtas eius datur intelligi, quia in deo compaginatio membrorum non inuenitur, qui ubique & in omnibus totus plenus eſt, atque perfectus. Sed more hominum, de deo loquitur ſcriptura, ut apertius maieſtatem atque potentiam creatoris homines intelligant: & intelligentes quæ ſit uoluntas dei opere adimplere contendant, unde gaudia ſibi ſempiterna conquirant. Sequitur: [Vt uos exaltet in tẽpore uiſitationis.] Quia quiſquis hic in præſenti ſeculo eius ſe ſubdiderit uoluntati, & præceptis eius aſſenſum commodauerit, & ea quantum diuina gratia poſſe dederit, operibus adimplere ſatagerit carnis ſuperbiam conterendo, in die ultimę retributionis à domino exaltabitur, atque ad æternæ beatitudinis præmia perducetur. [Omnem ſolicitudinem ueſtram proijcientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de uobis.] Vt Pſalmiſta nos admonet dicens. Iacta in deum cogitatum tuum, & ipſe te enutriet. Pſal. 54. Et alibi: Quærentes autem dominum, non deficient omni bono. Pſalm. 33. Et ipſe dominus in euangelio. Nolite ſoliciti eſſe dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, ſcit enim pater ueſter, quia his omnibus indigetis. Matth. 6. Quærite ergo pri-

Manus dei dicitur potentia.

Scriptura more hominum plerunque loquitur.

mum regnum dei,& iustitiam eius,& hæc omnia adijcientur uobis. [Sobrij estote,& uigilate.] Semper in sobrietate, et modestia habetote uestram uitam,cauentes semper astutias diaboli,& uigilate iugiter in custodia mandatorum dei, & in custodia animarum uestrarum.Sequitur:[Quia aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.] Diabolus enim nunquam dormiens, nunquam ab insidijs hominum requiescens uacat, sed semper die, & nocte circuit tentando, & insidias ponendo hominibus.Recordamini igitur fratres quid sit illis amaritudinis præparatum, qui desiderijs terrenis inseruiunt, nec conuerti à malitia sua per pœnitentiã uolunt.Nos fideliter domino adhgrere satagamus,eiusq; præcepta iugiter meditemur. Carnis nostræ desideria conteramus, & resistamus fortiter diabolo in fide recta, in spe firma,in charitate perfecta,& ad deum, & dei omnipotentis festinemus seruitium,in operibus misericordiæ & pietatis, ut eius gratia mereamur & de hoste consequi triumphum,& æternæ beatitudinis præmiũ.

Diabolus semper insidiatur hominibus.

Peccatores obstinatos horrenda manẽt supplicia.

Sequitur:[Deus autem omnis gratiæ, qui & uocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu,] per incarnationem unigeniti filij sui, quem pro mundi misit mori salute. [Modicum passos,] quia Christus in hoc mundo (quamuis modico tempore) multas sustinuit pro nobis iniurias, ad ultimum etiam crucifixus, & occisus est pro redemptione nostra, & mori dignatus est pro nobis,& modicum temporis retẽtus à morte, statimque die tertia resurrexit. Ipsi gloria,& imperium, laus, & gratiarum actio, in secula seculorum, Amen.

¶Feria IIII. lectio Esaiæ prophetæ. capite 44.

Hæc

HAec dicit dominus deus. Audi Iacob ſerue meus & Iſrael quem elegi. Faciens, & formans te ab utero, auxiliator tuus. &c.

Homilia lectionis eiuſdem.

NVnc cum prophetica lectio legeretur, audiſtis fratres chariſſimi Iſraheliticum populum ad fidem incitantem, & bona ſpiritualia promittentem prophetam, atque dicentem. [Audi Iacob ſerue meus, & Iſrahel quẽ elegi.] Bene ergo prius ſeruum, et poſtea nominauit electum. Quia propter ſeruitium ſancti nominis dei, electionem quiſque merebitur ante deum, ut iuſtus efficiatur, ac deinde cum quis uitia, & peccata ſupplantat, & domini ſui uoluntatem ſequitur, ut Iacob ſupplantator interpretatur. Tunc poſtremo Iſrahel, quod eſt uir uidens dominum recte dici poteſt, quia iam ad æternam dei uiſionem bonis feſtinat operibus. [Faciens, & formans te ab utero auxiliator tuus.] quia ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorũ tuorum non recordabor, quia miſericors ſum, & multarũ miſerationum. Delebo omnes iniquitates tuas in aſperſione ſanguinis mei, quem pro totius mundi fundam redemptione. Delens chirographũ maledictionis, quod Adam meruit in paradiſo tranſgreſſione præcepti, quod contra humanum genus ſcriptum erat. Et peccatorum tuorum ultra non recordabor. O plebs fidelis, quę tibi ſi in me recte credideris, in baptiſmate dimiſurus ſum. Deduc me in memoriam, ut iudicemur ſimul, narra ſi quid habes, ut iuſtificeris. Vide ſimul, & recogita ea quæ paſſus es, non immerito ſuſtinere, quia peccata multa quæ geſſiſti, hæc tibi promerebant, ut tanto tempore ſub poteſtate diaboli iaceres, cui tanto tempore deſeruiſti me, & præcepta mea quaſi nihil contemnens. Sed & nunc ſcito

Eſaiæ 43

Col. 2

Peccata omnia in baptiſmate delentur.

Tit. 3

me misereri tui, non ob meritum tuum, sed propter meam tantum clementiam. [Noli timere serue meus Iacob,& rectissime quē elegi.] Nunc quia es conuersus à malitia tua,& idola uana,& muta,quæ non profuerunt tibi dereliquisti,et ad me per pœnitentiam scelerum conuersus es supplantando & deserendo uitia et peccata,electus meus uocaberis,quia iam es meis obsecutus præceptis. [Effundam enim aquas super sitientem.] Qui sitit fontem salutaris doctrinæ effundam super eum rorem spiritus sancti per ora sanctorū doctorū in ecclesia.Sequitur: [Effundam de spiritu meo super semen tuum,& benedictionem meam super generationem tuam,ait dominus omnipotens.] Ac si diceret.Quia per manus impositionem sanctorum meorum sacerdotum post baptismi sacramentum, effundam super filios meos quos mihi sponsa ecclesia parturiuit,spiritum sapientiæ,& intellectus,spiritum consilij,& fortitudinis,spiritum scientiæ & pietatis,& adimpleam eos spiritu timoris & amoris mei,& hęreditabo eos benedictione perpetua qui meis fideliter obedire præceptis curauerint. Agnoscat ergo catholicus Christianus fructus operis sui, quia & nihil sunt bona quę fecerat,nisi de sancti spūs irrigatiōe processerint. Vnde dicit Apostolus: Nullas homini prodesse uirtutes sine charitate.Idemq; dicit charitatem dei diffusam esse in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Cauendum est enim, ne forte bona quæ facimus,elatione perdamus.Nam omni se merito dispoliat, qui de studijs industriæ suæ, in se magis quam in domino gloriatur. Vana sunt enim hęc,& noxia,unde gloriari nos uult mundus cum suis amatoribus periturus,quæ omnimodis repudiare debemus, ut bona conscentia de sanctitate morum, de acquisitione uirtutum

Esaiæ 11

Sine charitate deo nihil gratum.

1.Cor.13

Rom.5

tum, de dono dei & de promissione futuri regni ineffabiliter gloriemur. Per dominum nostrum Iesum.

¶Feria VI. lectio Iohelis prophetæ. capite 2.

HAec dicit dominus deus. Exultate filiæ Syon, & lætabimini in domino deo uestro, qui dedit uobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad uos imbrem matutinum, & serotinum, sicut in principio. & cæt.

Homilia lectionis eiusdem.

INter omnia dilectissimi sacræ scripturæ instituta, quæ ex diuinæ inspirationis fonte manarunt, dubium non est obseruationem ieiunij, unà cum reliquis uirtutibus principatum tenere. Quia multum prodest ad præcepta dei exequenda, si quis in Christiana militia contra omnia incentiua uitiorum, continentiæ se sanctificatione muniat. Cum enim per illicitum cibum irrepserat primi causa peccati: quo salubriore utitur munere redempta humanitas, ut noscat se abstinere à concessis, quę refrenare se nesciuit à uetitis. Omnis quidem creatura dei bona est, & nihil abijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sed non ad hoc creati sumus, ut fœda, & impudenti auiditate omnes mundi copias expectemus, tanquam quod licet sumi, non liceat prætermitti. Laudetur deus ab omnibus nobis, qui hominum usui tam multa bona donauit. Sed agnoscat rationalis animus maiores delitias animę datas esse, quàm carni. Vnde nunc pręsens lectio prophetica est recitata: Quia Syon specula uitæ interpretatur. [Lętamini in domino deo uestro, quia dedit uobis doctorem iustitiæ.] Sanctæ dei ecclesiæ fidelibus specialiter loquitur, ut lætentur non in quacunq; re leui, sed in domino deo suo, qui dedit eius alimenta iustitiæ. Ac si dixisset typice propheta. Ne timeas ter-

1. Tim. 4

Creatura dei bona est.

Gaudendum in domino.

ram imò confide, atque lætare, quæ prius sementem dominicam tua ariditate perdideras, quia magnificauit dominus tecum misericordiam suam, & misit tibi doctorem iustitiæ, quia sicut per lignum corruisti in mortem, ita & per lignum crucis Christi resurgeres ad uitam. Quod Christus passione & morte cõpleuit, & spũs sancti dona dulcissima per suã cunctis sibi tribuit fidelibus largitatẽ, deditq; doctores salutis æternę per
Ephesi. 4 totum mundũ sanctos suos apostolos, et successores eorum doctores, & magistros ecclesiæ suæ, qui ad uiam nos ueritatis, & pacis æternæ sancta prædicatione iugiter perducere satagunt. Sequitur: [Et comedetis uescentes, & saturabimini, & laudabitis nomen domini dei uestri, qui fecit uobiscum mirabilia, & non confundetur populus meus in æternum. Et scietis quia in medio Israel ego sum, & ego dominus deus uester: et non est amplius: & non confundetur populus meus in æternum.] Hoc pœnitentibus & confitentibus peccata sua
Matth. 6 promittitur, quibus dominus omnem ubertatem huius mundi fructuum pollicetur, & si perseuerauerint, in futuro uitam largiri perpetuam. Vbi sunt qui negant per pœnitentiam reformari posse peccatores in pristinum statum, si digna fecerint opera pœnitentię?
Pœnitentes populus dei uocatur. In tantum deus enim recipit pœnitentes, ut uocet eos populum suum, & nequaquam asserit confundendos in æternum, sed habitaturum se in medio eorum promittit. Nec amplius deo alii deseruire, sed in eum toto animo confisuros, quia in illis manebit in æternum. Si
Mat. 25 ergo confusionẽ maximã deuitare cupimus: et ne cum uenerit dñs omnibus gẽtibus iudicare dãnemur: & ne
Eccles. 18 cum sinistris ad supplicia deputemur, intenta mente, et solicito corde audiamus, quod Salomon dicit per spiritum sanctum. Post concupiscentias tuas non eas, & à uo-

uoluntate tua auertere. Intelligendũ eſt contra omnia quæ ſenſibus corporis blandiuntur, temperantiæ ſectandam eſſe uirtutem, per quam dum exterioris hominis uoluptas minuitur, ſapientia & uirtus interioris augetur. Vnde charitatem ueſtram ſolerter admonemus, ut per caſtigationem corporis & per opera pietatis, & ab omni uos ſorde peccatorum mundare ſtudeatis, ut miſericordia dei & ieiunijs ueſtris adſit & uobis. Per dominum noſt. Carnem refrenare neceſſe eſt.

¶Sabbato, lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Romanos. cap. 5.

FRatres, Iuſtificati igitur ex fide, pacem habeamus ad deum, per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ. &c.

Homilia lectionis eiuſdem.

CVm pertractaret apoſtolus Paulus, quod nemo ex operibus ueteris legis ſaluus fieri potuiſſet, Adiunxit: [Iuſtificati igitur ex fide.] Ad exemplum Abrahæ, cuius filij eſſe dicuntur fideles, quia Abraham pater omnium credẽtium interpretatur. Qua ratione oſtenditur, quod nulla generis nobilitate quis iuſtificabitur ante deum, niſi qui recte crediderit in deum patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, ſanctam, et indiuiduam trinitatem, unum deum eſſe, unius ſubſtantiæ, & unius maieſtatis, in omnibus & per omnia coæquales. Qua ratione concluſa, ad pacem nos hortatur dicens. [Pacem habeamus ad deum, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.] Quia nullis noſtris meritis, ſed omnes dei magna gratia & miſericordia ſumus ſaluati, ideo ſubiecti eſſe debemus deo & pacẽ dei tãtum non ſeculi inuicẽ cuſtodire, & cõcordi inter nos uiuere charitate, qa omnes in Chriſto fratres ſumus, omnesq́ uno precio Chriſti ſanguinis redempti ſumus. Sequitur: [Per quem & acceſſum habeamus per fidẽ in gra-

Rom. 4
Nobilitas generis, ſine recta fide nihil eſt.
Gratia ſaluamur.
Tit. 3
Mat. 22
Rom. 5

tia ista in qua stamus.] Quia per passionem Christi, & mortem, atque per resurrectionem eius, & ascensionem in humana carne ad cœlos, nos accessum habemus ad deum, & reconciliati sumus deo, si fideliter in eadem qua redempti sumus gratia digna conuersatione, & recta fide cupimus permanere. Quoniam nos qui eramus longe à deo per peccatum, per Christi gratiam facti sumus prope, & qui ante iacuimus in morte, nunc per Christum erecti sumus, & stamus in uita, si in præceptis eius permaneamus. [Et gloriamur in spe gloriæ filiorum eius.] Quia speramus per adoptionem filiorum dei, qua sumus deo in filios computati, æternam gloriam, simul cum eo, & cum omnibus sanctis eius nos possessuros. [Non id solum, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem.] Dei nanque fideles, & deuoti famuli, non solum in spe æternæ beatitudinis gloriantur, sed etiam in saluberrimis tribulationibus magnitudinem præmij confidentes, sicut Iacobus ait: Omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes & tribulationes uarias pro Christi nomine incideritis, quia aduersitas sustinentię, quæ fit propter deum, magnū expectat in futuro prǽmium. Vnde gaudere debemus aliquid pati pro nomine dei, ut acquiramus de tribulatione finienda prǽmiū infinitum. In consideratione enim præmiorum, nullum possumus condignum æstimare laborem. Habemus enim unde honeste gloriemur, ac sine periculo. Magna enim gloria est de imis ad summa crescere, de nihilo ad maxima peruenire, quia & de limo ad cœlum, & de seruitute uocamur ad regna. Si tamen omni seculari gloria, & iucunditate contempta, in illo solo quod nobis futurum promittitur gloriemur. [Probatio

Esaiæ 57
Ephes. 2

In tribulatione gaudendum.

Prǽmium omnem laborem dulcem facit & leuem.

tio autem spem operatur, spes autem non confundit.] Nam spes futurorum bonorum omnem confusionem expellit. Vnde probatur hunc non habere spem, qui in præceptis Christi confunditur. Sequitur: [Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris.] Magnitudo enim promissorum beneficiorum excitat in homine charitatis magnitudinem. Qui perfecte confidit, nec timere, nec desperare nouit. [Per spiritum sanctũ qui datus est nobis.] Quomodo nos deus diligat, ex hinc cognoscimus, quia non solum nobis per filij sui mortem peccata dimisit, sed & nobis spiritum sanctum dedit, qui nobis omnia futura demonstrat, & in fide recta, in spe firma, & charitate perfecta corroborat, si nos bonis operibus dignos eius habitatione præparemus. Si enim ex toto corde deum diligimus, nihil erit in nobis, unde peccati desiderijs seruiamus. Et quid est diligere deum, nisi illa occupatione animo concipere fruendæ uisionis eius affectum, peccati odium, mundi fastidium, diligere etiam proximum, quem ipse censuit diligendum, in ipso amore seruare legitimum modum per Iesum Christum dominum nostrum, cui est honor & gloria.

Dilectio dei expellit peccatum.

Mat. 22.

¶Dominica V. post octa. Pentecost. lectio epist. beati Pauli apostoli ad Romanos. capite 8.

FRatres, Existimo enim quod non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

QVod ad comparationem æternę glorię, quam sanctis suis deus ante secula præparauit, nihil condignum quis in hoc seculo passionis poterit sustinere, in pręsenti lectione apostolus Paulus breuiter

uiter intimauit dicens. [Existimo enim quod non sint condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.] In quo enim mortale quid immortali potest comparari: aut inuisibili uisibile: aut æternis temporalia? Si qua tamen in præsenti uita, uel ut quædam possunt semina gloriæ colligi futura, ista semina ex tribulationibus & passionibus, quę
2. Cor. 4. patiuntur pro deo colliguntur. Sicut alibi dicit Apostolus: Quod enim in præsenti est momentaneum est, et leue. Immensum est enim pondus glorię futuræ quã expectamus, qui non respicimus ad ea quæ uidentur,
Tribulatio ualde utilis est. sed ad ea quæ non uidentur æterna. Proinde enim omnis tribulatio qualiscunque sit, quæ acciderit, quamuis sæua, quamuis longa uideatur, quasi momẽtaneum ac leue esse putare oportet illum, qui ad futuram aspicit gloriam, quæ nobis est reuelata, atque quæsita, ubi transformabitur corpus nostrum mortale conforme gloriæ corporis filij dei. Quanto maiores enim tribulationes in hoc mũdo pro Christo patimur, tanto amplioris nobis magnitudinẽ glorię cumulamus. [Nam expectatio creaturæ reuelationem dei filiorum expectat.] Expectatio creaturæ, id est, expectatio hominis rationalis qui expectat diem iudicij, quo reuelabitur quanta sit gloria præparata his qui in hoc seculo fideliter pro deo tribulationes sustinent, & laborant in dei uoluntate. [Vanitati enim creatura subiecta est,] id est, omnis homo uanitati huius mundi inuitus est subiectus, quamdiu temporalibus deditus est rebus, uel quamdiu istis transitorijs utitur, quæ transeunt tan-
Ecclesia. 1 quam umbra. [Non uolens.] Non enim sicut sponte peccauit homo, sic etiam sponte damnatus est. Sequitur: [Quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei.]

Crea-

Creatura autem recte dicitur homo, quamdiu creaturæ non creatori deseruit. Cum autem fidem perceperit,& dominum deum suum agnouerit,& eius obedire cœperit uoluntati, non iam creatura, sed dei filius nuncupatur. [Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit,& parturit usque adhuc.] Quod dicit omnis creatura,angelorum et hominum naturam dicit.Quia ut in euangelio dominus ait: Sicut angeli gaudent super pœnitentes, ita dolent & ingemiscunt super conuerti nolentes,Et quotidie nostra spectantes certamina dolent ualde,si conuincimur à diabolo. Cum uero uincimus,multo plus gaudent. [Non solum autem illa,sed & nosmetipsi,] id est,apostoli, & apostolici uiri in ecclesia sanctorum successores apostolorum, [primitias spiritus habētes,] id est, pignus, & dona sancti spiritus [intra nos gemimus, adoptionē filiorum dei expectantes,redemptionem corporis nostri.] Gemimus em̄ adoptiuos filios dei,fratres nostros fieri, quos docere,& instituere missi sumus, donec uideamus eos in omni bono proficere,ut filij dei, & hæredes Christi effici mereantur. Dolores apostolis commouemus ac luctum,similiter & sanctis prędicatoribus disciplinam docentibus, qui cum nostras perspiciunt iniquitates, magno se affligunt luctu pro excessibus nostris erga diuinā pietatem,nobis humiliter de præteritis ueniam postulantes, & de futuris custodiam. Hæc ergo,& his similia diligenter,ac fideliter cogitantes,non acquiescamus eis qui per liberum arbitrium in superbiam extollentes,præcipitare semetipsos magis,quàm eleuare conantur. Sed humiliter consideremus illud,quod Apostolus dicit: Deus qui operatur in nobis & uelle,& perficere. Gratias agamus deo,ac saluatori nostro,qui nos nullis pręcedentibus meritis uulneratos curauit,& inimi-

Creatura homo dicitur qui creatori non deseruit.

Lucæ 15

Angeli cōpatiuntur nobis.

Apostoli primitias habent spiritus.

Philip. 2

Tit. 5

Rom. 5 imicos reconciliauit,& de captiuitate redemit,de tene
bris ad lucem reduxit, de morte ad uitam reuocauit.
Ei humiliter confitentes fragilitatem nostram, illius
misericordiam deprecemur,ut quia nos secundum Psal
Psalm. 58 mistam misericordia præuenit eius. Digne in nobis nõ
solum custodire, sed etiam augere munera uel benefi-
cia sua, quæ ipse dignatus est dare. Qui cum pat.

¶Dominica VI. Paulus ad Romanos.
capite 5.

Cõtinuatio epistolæ præcedentis. FRatres, Cum adhuc infirmi essemus secundum tempus, Christus pro impijs mortuus est. Vix enim pro iusto quis moritur. Nã pro bono forsitan quis audeat mori? &c.

Homilia lectionis eiusdem.

QVod pro nullis nostris meritis deus pater misit filium suum in mundum, ut saluum faceret genus humanum, Paulus apostolus præsenti breuiter declarat epistola dicens: [Cum adhuc infirmi essemus secundum tempus, Christus pro impijs mortuus est] Ad quid enim hoc Christus fecit, nisi ut manifestaret, quantam haberet in nos dilectionem, ad eripiendos nos à diaboli uoluntate, dum adhuc peccatorum & scelerum languoribus præmeremur? Ostendit enim quia pro impijs mortuus est, ut ex beneficiorum eius contemplatione gratiam suam, quantum nobis indignis præbuit intelligamus, uel quantum eum diligere debeamus, qui nos in tantum dilexit, ut pro nobis crucis mortem sustinuerit: uel quid etiam contra beneficia digni seruitij in uoluntate eius illi rependere debeamus. Consideremus quomodo ille pro nobis impijs, nec uitam suam propesuerat, nec necessariam nobis suam denegauit mortẽ. [Vix enim pro iusto quis moritur.] In ueteri enim lege uix pauci inuenti sunt, qui

Charitatem suam ad nos Christus morte declarauit.

qui pro deo suum fuderint sanguinē. Similiter & nunc sicut Apostolus dicit: Vix inueniri posse hominē, metu mortis cuncta terrente, pro re iusta, & bona uelle suum sanguinem fundere. Sed tamē meminisse necesse est, [Si Christus pro nobis impijs mortuus est. Multo magis igitur iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.] Considerandum nobis quoq; est, si tantum peccatores deus dilexit, quanto magis custodiet iustos. Ideoq; solicite intueamur, quantum nos domino debiti sumus, qui tantum pro nobis dignatus est sustinere. Nihil amplius à nobis quærit, nisi ut eius uoluntatem in omnibus quātum possumus, faciamus, & eum ex toto corde, tota mēte, tota etiam diligamus uirtute, et proximos nostros, sicut nosmetipsos. Quod si puriter faciamus, sine dubio regni eius cōsortes effici merebimur. [Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius.] Si enim per mortem Christi à morte liberati, & ab omni sumus iniquitate mundati, et quotidie mundamur, per spiritum sanctum in baptismo, uel etiam in confessione, & pœnitentia malorum quæ fecimus, simulq; & eleemosynarum largitate. Quanto magis per Christum glorificari merebimur, si eius uitam & actus in sancta conuersatione imitari cœperimus, & in eius semper persistere uoluntate: [Non solum autē, sed & gloriamur in deo, per dominum nostrum Iesum Christum.] Nondum enim apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit similes erimus ei in æterna gloria immortales. Nam si in hac uita tantum Christi in nos misericordiam speramus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Miser ergo est, qui in hac uita tantum sperat in domino. Miser plane est, q̄a cito spes eius subducitur, dum

Debitores dei sumus.
1. Thes. 4.
Matth. 7.
Matth. 22.
1. Ioan. 3

dum cito hæc breuis uita finitur. Nam ſpes illius cadu ca efficitur. Dum temporali tranſitu dulcedinis eius uoluptas elabitur. De tali enim ſpe dicit Apoſtolus:
Rom. 8 Spes autem quæ uidetur, non eſt ſpes. Et reliqua. In fu tura igitur uita ſperemus in domino, quæ ſolida, atq; perpetua, ut non miſerabiliores cunctis hominibus, ſed meliores eſſe poſſimus. Largiente domino noſtro Ieſu Chriſto. Cui ſit honor.

¶Dominica VII. lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Romanos. capite 5.

Cõtinuatio eiuſdẽ epiſtolæ. FRatres, Sicut per unius delictum omnes homines in condemnationem, ſic & per unius iuſtitiam omnes homines in iuſtificationem uitæ. &c.

Homilia lectionis eiuſdem.

REfert Apoſtolus, quo modo per unius hominis peccatum totus mundus incondemnationẽ poſitus, per unum Ieſum Chriſtum iterum ſit liberatus, ut in præſenti lectione audiſtis. [Sicut per unius delictum omnes homines in condemnationem, ſic & omnes homines per unius iuſtitiam in iuſtificationem uitæ.] Adam enim peccato præuaricationis ſuæ, totum mundum maledictioni, & condemnationi ſubiecit. Sed Chriſtus ſanguinis ſui effuſione totum mun-
Gal. 5 dum à maledictione eripuit, & dedit per baptiſmum,
Deute 21 ac fidem in deum, omnem hominem poſſe iuſtificari, & ab æternæ mortis maledictione liberari. O quanta miſericordia conditoris eſt noſtri, quod nos ſponte per culpam ſubiecimus maledictioni & condemnationi:
Tit. 5 Chriſtus autem dei filius, ad liberandos nos ab eadem
Magna dei charitas in nos damnatione, nullis noſtris meritis, ſed ſola gratuita miſericordia ſua uenit in hunc mundum. Deleuit chirographum maledictionis noſtræ ſua propria paſſione,

&

& morte, nobisq́; æternæ mortis perniciem euadendi aditum patefecit, & uiam ad regna cœlestia præparauit. Et non solum hoc sed & præmia nobis promisit beatitudinis sempiternę, tantum, ut pręceptis eius obediamus, & uoluntatem ipsius faciamus. Adhærentes ei in operibus bonis, ipsius sedulo cogitemus, & studeamus exempla sectari, mundo morientes, & concupiscentijs eius, ut mereamur in æternum regnare cum illo. [Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores multi constituti sunt, ita & per unius obeditionem iusti constituentur multi.] Sicut exemplo inobedientiæ Adæ omnes peccauerunt, & indiguerunt magnæ miserationis domini, ut liberarentur. Ita & Christus per hoc quod obediens erat patris uoluntati usque ad mortem, mortem autem crucis, omnibus sibi credere uolentibus iustificationem dedit, si præceptis eius tantum obedire uoluerint. Grandis ualde culpa in obedientię, quę tantos occidit. Sed maius remedium obedientiæ, per quam omnes liberabantur. [Lex autem subintrauit, ut abundaret delictum.] Lex enim ueteris testamenti non dimittere peccata est data, sed demonstrare. Ideo scienter peccauerunt legem habentes, & superabundauit in illis peccatum. Non uitio legis, sed eorum qui legem obseruare nolebant. [Vbi abundauit peccatũ, super abundauit gratia.] Ibi ostenditur nullum tantum esse posse peccatum, quod si ueraciter pœniteatur, & per confessionem reijciatur ab homine, q̊d non maior sit semper misericordia & gratia dei ad remittẽda magna peccata, & dare remissionem pœnitẽtibus ueraciter peccata sua. [Vt sicut regnauit peccatũ in mortẽ, ita & gratia regnet per iustitiam in uitam æternam, per dominum nostrum Iesum Christum.] Sicut abundantia confirmatum est regnum pec-

Col. 2

Heb. 5

Obedire deo oportet.

Philip. 2

Consolatio magna pœnitenti datur.

Misericordia uincit malitiã.

cati per contemptum legis, ita & regnum gratiæ & misericordiæ dei confirmatum est, multo amplius per multorum remissionē peccatorum, ut indesinenter fierent deinceps iustitię, & actiones dei, misericordia operante in his qui credunt, & uoluntati dei obedientes existunt eius præcepta seruando. Legitur in literis diuinitus inspiratis dictum. Fili ne tardes conuerti ad dominum, quia nescis quid futura pariet dies. Qui tardat couuerti, periculum facit animæ suæ. Quia mors non tardat. Quæ si tardantem cōuerti inueniet, ad tormenta deducit eum. Dissoluta, & paralitica cogitatio est, de crastina cogitare conuersione, & hodiernam negligere. Quid tu peccator conuerti dissimulas, & non metuis, ne tibi mors repentina surripiat diem conuersionis? Nonne homines subito morientur? Si bonum est peccata dimittere, & ad deum conuerti, cito fiat. Deus tibi promittit remissionem conuertendi à peccatis: securitatem tibi non promisit diu uiuendi. Ideóque conuertatur citius unusquisque ad deum, & cum inuenerit eum derelinquat impius uiam suam. Subito intrat dies extremus, perit dilatio, & restat damnatio. Perire non uis? redi ad deum, & uiues. Noli desperare de uenia peccatorum, nec de uita longiore confidere. Conuertere ergo, & pœnitentiam age. Cras inquies conuertar, quare non hodie? Quid mali dicis si cras dicis? Cur non malis hodie? Forte dicis: longa mea uita erit, dicam. Si longa erit, bona sit. Si breuis, & ipsa bona sit. Ergo eleemosynis mundanda est uita nostra, ut orationes nostræ exaudiantur, & adiuuet nos deus ad uitam in melius commutandam. Et qui commutant eandem uitam in melius per eleemosynas, & orationes, delere studeant mala præterita, ut ad futura bona perueniant sempiterna. Pręstante domino nost.

Ecclesia. 5

Pœnitentiam differre periculosum est.

Lucæ 21
Mat. 24
Marci 13

Esaiæ 55

Lucæ 11

¶In

¶In uigilia sancti Ioannis baptistæ, lectio Hieremiæ prophetæ. capite 1.

IN diebus illis. Factum est uerbum domini ad me dicens. Priusquam te formarem in utero noui te, & antequam exires de uulua sanctificaui te. &c.

Homilia lectionis eiusdem.

POst illum sacro sanctum domini natalem diem, festiuitatem nullius hominis legimus celebrari, nisi solam beati Ioannis baptistæ, cuius hodie solennia uenerando præuenimus, cuius etiam natiuitatis figuram in semetipso Hieremias propheta demonstrauit dicens. [Factum est uerbum domini ad me dicens. Priusquam te formarem in utero noui te, et antequam exires de uulua sanctificaui te.] Præscierat enim deus eum futurum, cuius necdum facta iam facta sunt, secundum illud quod Apostolus ait: Qui uocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Quod autem sanctificatur in utero, iuxta illud Apostoli debemus accipere. Postquam autem placuit ei qui me segregauit ex utero, & uocauit per gratiam suam, ut reuelarem illum prædicando in gentibus, ita & Ioannes sanctificatur in utero, & spiritum sanctum accepit, & mouetur in uulua, & per os matris loquitur, ut ait de eo mater eius ad Mariam. Ecce enim ex quo facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Sequitur: [Et prophetā in gentibus dedi te.] Hoc uult intelligi, quod non solum in Hierusalem, sed & multis in circuitu gentibus Christum ambo, & Hieremias antea longe, & Ioannes in ipso suo aduētu non solum prophetauit, sed etiā digito demonstrauit præsentem dicens. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. [Et dixi: A a a domine deus. Ecce, nescio lo-

Rom. 4

Gal. 1

Rom. 1

Lucæ 1

Ioan. 1

qui,quia puer ego ſum,] Hic datur exemplum,deteſtari debere officium, quod pro ætate nondū poteſt quis ſuſtinere. [Et dixit dominus ad me. Noli dicere,quia puer ego ſum, quoniā ad omnia quæ mittam te ibis,& uniuerſa quęcunq; mādauero tibi loqueris. Ne enim ti meas à facie eorum,quia tecum ego ſum,ut eruam te dicit dominus.] Non de ætate inquit tua diffidas, tuæ ſit tantum uoluntatis, ut pergas me habebis comitem ad cuncta tibi mandata, & me adiuuante complebis. Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. Ne conſideres multitudinem eorum,ad quos, & contra quos locuturus es,ſed me,qui tecum ſum conſideres, ut eruam te. Vnde apparet quod hi non debent formidare ſeculi potentiam,quibus dei gratia datur ad loquendum. Tamen unuſquiſque de ſui ruina formidet, & uideat diligenter, ne cadat per ſuperbiam ſuam, aut uitium aliquod, qui alijs ponitur ad exemplum. Nam qui donum gratiæ percipit, & propter perſonam aliquam ueritatem loqui paueſcit, graui multatur culpæ ſententia. Sequitur: [Et miſit dominus manum ſuam, & tetigit os meum,et dixit mihi. Ecce dedi uerba mea in ore tuo.] Ecce manus domini adhuc in ſancta eccleſia ſuper eos mittitur, quibus gratia loquendi uerbum domini tribuitur. [Ecce conſtitui te ſuper gentes,& ſuper regna ut euellas,& deſtruas,& diſperdas, & diſſipes,ut ædifices,& plantes.] Nequaquam enim poterunt in homine bona ædificari opera, niſi antea per confeſſionem, & pœnitentiam deſtruantur mala, quę ſunt in eo: Quia nequaquam humilitatem ualet habere, niſi ſuperbia deſtruatur: Nec caſtitas ualet in eo eſſe,niſi ex corde,& opere euellatur, & diſſipetur luxuria per pœnitentiam,ut prædiximus,& confeſſionem: Nec fidem ueram poteſt quis habere, niſi perfidia penitus

Prædicatores fideles deus non derelinquit.

Matth.10

Veritas neminem palpat.

Matth.10

Virtus haberi non

nitus destruatur, Nec charitas uera possidetur, nisi odium, & inuidia, furor, & blasphemia penitus euellatur. Nec spes firma in deo est, nisi radicitus desperatio euellatur: Nec ueritas cum mendacio habet locum. Prius eñ extirpanda sunt uitia, & ita uirtutibus locus prępa retur in homine. In eadẽ enim similitudine natum beatum Ioannem baptistam possumus intelligere, quia sicut per eius prophetiam, & legis ueteris consummatio monstrabatur, & initium noui, sic ueteris consuetudinis malitiam debemus pleniter consummare in nobis per confessionem, & pœnitentiam ucram, simulq; per eleemosynarum largitatem, ut incipiamus iterum noui esse, & boni in sanctificatione, & augmentatione uirtutum. Nos uero fratres quantum possumus elaboremus, ut quod superbia tumidum elatumq; reddiderat. Humilitate, & mansuetudine complanetur. Quod iniquitas deprauauerat, directione iuste corrigatur. Quod malitia exasperauerat, bonitatis gratia temperetur. Inter hæc studia inueniat nos Christus dominus, quia ipse nobis conferre dignatus est uiam, per quam nos ducat ad patriam. Vt de nobis dicere dignetur, & inambulabo, & inhabitabo cum eis, & ero illorum deus. Si enim in isto seculo ambulauerit in nobis, in illo, habitabit in nobis. Qui uiuit.

potest nisi euelletur post peccatum

Nota.

Sanctificatio Ioannis nobis exemplo est.

Ioan. 14

Hiere. 7

¶In Natiuitate sancti Ioannis baptistæ.

Esaię cap. 49.

HAec dicit dominus deus. Audite insulę, & attendite populi de longe. Dominus ab utero uocauit me, & de uentre matris meæ recordatus est nominis mei. &c.

Homilia lectionis eiusdem.

SAnctus Ioannes præcursor, atque baptista domini, cuius hodie solennia colimus, parentum suo-

rum hoc dignitate promeruit, ne à laudibus eius deo silerent fideles. Hic in matris uisceribus sanctificatus legitur, ut in eius figura præsentis lectionis ostenditur uerbis, ut ait propheta. [Hæc dicit dominus. Audite insulæ, & attendite populi de longe.] Hic propheta demonstrauit futurum Israheliticum atque Iudaicum populum, non solum prophetarum uerba, sed domini etiam signa, & mirabilia, simul & doctrinam Christi salutarem respicere debere. Ideo gentes de longe quæ nec legem, nec prophetas habuerunt, insularum, et gentium nomine, ad ueram fidem prophetica uoce, & ad uitam uocat æternam. [Dominus inquit ab utero uocauit me, de uentre matris meæ recordatus est nominis mei.] Dominus enim omnipotens in præscientia sua semper ab initio habuit, quos ad uitam uocare uoluit: de uentre matris ecclesię, ubi fideles in suorum adoptantur numerum filiorũ, ibi sunt omniũ sibi credentium nomina, in æterna eius scripta memoria. Vnde nullus, nisi qui ab iniquitate conuersus fuerit malus, æterna coram deo perfruetur gloria. Sequitur: [Et posuit os meum quasi gladiũ acutum.] Verba enim prophetarum ut gladij fuerunt acuti amatoribus mundi, quibus æterna uentura minabantur supplicia, si amores à corde penitus non amouerent terrenos. Similiter & os Ioannis præcursoris domini, & uox, ut gladius erat acutus, clamans. Pœnitentiam (inquit) agite. Eos ad pœnitentię prouocãs remedia, qui se in summa confidebant iustitia permanere. Sicut & ipse dominus docuit pharisęos, & eos qui in sua confidebant iustitia pœnitentiam agere peccatorum, quia iam appropinquabat bonorum operum regnum. Vel gladium acutum ostendens, cum ait. Non enim ueni pacem docere homines cum mundi amore habere, sed conflictũ contra

Rom. 11
Nouit dominus q sunt eius.
Verbum dei gladius dicitur acutus.
Ephesi. 6
Heb. 4
Matth. 3
Lucæ 3
Lucæ 18
Matth. 4
Gal. 5
Lucæ 12.
Matth. 10

tra desideria carnis,his qui ad ueram uoluerint uenire salutē. Vnde subditur: [In umbra manus suæ protexit me.] Omnes enim qui in misericordiæ eius protectione bonis se commendare studēt operibus, ab omni eos malitia,& perturbatione diuina incessanter pietas custodit. Eos autem qui non credunt in deum, deus cum sua protectione elongabitur ab eis. [Et posuit me sicut sagittam electam.] Sagittę electę apostoli sunt,& sancti doctores, qui perspicue domini dei omnipotentis credentibus aperiunt uoluntatem. Non solum uerbis,sed etiam exemplis: Vnde compunguntur corda fidelium quotidie,& ad dei stimulantur amorem. Sequitur: [Et dixit mihi. Seruus meus es tu, quia in te gloriabor.] Non solum autem per anteriores prophetas, sed etiam per Ioannem cuius nunc festa agimus, glorificatus est in his deus,qui eius uoluerint obedire præceptis. Ioannes enim iste cuius hodie annua festa celebramus, ille est qui noui,& ueteris testamenti idoneus mediator, & gloriosi agni Christi domini nostri erat dignus ostensor,qui dominum suum et annūciare uno tempore meruit,& uidere, una eademq́ue suæ natiuitatis ætate,& noua incipiens, & uetera concludens. De persona huius Euāgelista testatur. A diebus inquit Ioannis regnum cœlorum uim patitur. Nouimus quia familiariter mens humana in diuersis mundi huius illecebris,& concupiscentijs deuicta,fugit laborem,expendit uoluntatem, & iuxta consuetudinem à se uitæ prioris sanctitatem excludit. Sed cum cœperit cogitare ultimi diei necessitatem,ac futuri iudicij pondus,incitata,& stimulata uel spe præmij,uel timore supplicij, uoluntarium bellum indicit passionibus, & uim facit pristinis suis desiderijs,& uiolenter se uincere ipsa contendit. Non enim sine uiolentia fieri potest,ut de abun-

Sagittæ electę doctores sunt ecclesiæ.

Ioan. 1

Matth. 11

Vim facere quid sit.

dantia,& delicijs,ad famem & sitim,ad abstinentiam, ad crucem transeat. Vtq; somnum atque ocium amica carni,contritione,uigilijsq; conficiat. Non inquam sine uiolentia fieri potest,ut unusquisque iracundiam patientia,superbiam humilitate commutet. Amore paupertatis sufficientiæ affluentiam superet. Vinolentiam sobrietate,luxuriam castitate condemnet. Et homo subito in uirum transformetur perfectum, & quodammodo alter reddat ex altero. Ac sic à talibus per uiolentiam regnum cœleste arripitur. Per dominum nostrum Iesum.

¶Dominica VIII. lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.

capite 6.

FRatres, An ignoratis, quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte. &c.

Homilia lectionis eiusdem.

AVdistis fratres charissimi in lectione præsenti Apostolum dicencem. [An ignoratis, quia quicunque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte.] Vt sicut Christus tertia die resurrexit à mortuis, ita et nos in aqua demersi, & mundo atque diabolo mortui, & Christo consepulti, cum per trinam mersionem eleuamur à fonte, cum Christo resurgamus noui, & immaculati, omnium peccatorum sorde deposita. [Vt quemadmodũ Christus resurgẽs à mortuis per gloriã patris, ita et nos in nouitate uitę ambulemus.] Tribus eñ modis baptismus accipitur in scripturis, aquę, atq; spiritus sancti, qui quaris inueni si ignis omnia exurit peccata: et sanguinis in martyrio pro-

Baptism⁹ in scriptu ris

(margin note)

propter nomen Christi effusione. De quo saluator tur esse
ait: Baptismo habeo baptizari in sanguine meo. Osten triplex.
dens nos propterea ita baptizari. Vt per mysteriũ con Lucę 12
sepeliamur Christo. Criminibus moriẽtes, & renunci
antes pristinę uitę. Vt quomodo pater glorificatus est
in filij resurrectione, ita & per nostræ conuersationis Matth. 5
nouitatem, post baptismum Christus ab omnibus glo-
rificetur, ut nec signa quidem ueteris malitię agnoscan
tur in nobis. Nec enim aliquid uelle, aut cupere debe-
mus, quod uolunt, aut cupiunt, qui nondum nec bapti
zati, nec peccatis mortui sunt, id est, quicunque adhuc
ueteris uitæ erroribus implicantur. [Si enim com-
plantati sumus facti similitudini mortis eius, simul &
resurrectionis erimus.] Si enim mundo morimur, & Si socij
concupiscencijs eius, & consepultos nos fieri cupimus passionis
Christo in morte peccati, in morte corporis nostri re erimus &
surrectionis eius merebimur esse participes. Et si in gloriæ.
hac uita fuerimus noui, & immutati, in conuersatione
sancta permanentes, noui, & immutati erimus cũ Chri
sto in æterna gloria. [Hoc scientes, quia uetus homo
noster simul crucifixus est.] Omnes fideles Christi di
cit Apostolus cũ Christo esse crucifixos, qui ante abre
nunciationem peccati uel diaboli seruitutem, ueterem Veterem
hominem Adam imitando peccabant, & per abrenun homi-
ciationem uitiorum atque per baptismum membrum nem cru-
Christi effecti sunt, per sancti lauacri mysteriũ. Chri- cifigere
stus quidem innoxium suum corpus appendit propter necesse
nos, ut nos noxium suspendamus à uitijs. [Vt destrua est.
tur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato.] Tit. 5
Hoc est, ut omnia in nobis uitia quæ post bapti- Ephes. 5
smum commisimus per puram confessionem, & per
pœnitentiam ueram, simulq́ per eleemosynarum lar-
gitatem destruãtur penitus: Quia unum uitium mem

Corpus peccati omnia dicuntur uicia.
Ioan. 8
2.Pet. 2

brum est peccati. Omnia autem uitia totum corpus peccati. Ideo sicut Christus non ex parte, sed integer crucifixus est, ita ut prædiximus per confessionem necesse est ut destruatur in nobis totum corpus peccati, & fiat caro nostra mãcipium Christi, quod solebat esse delicti. Omnis enim qui facit peccatũ, seruus est peccati. [Qui enim mortuus est] peccato per cõfessionem, & detestationem peccati, [iustificatus est à peccato.] Mortuus enim omnino nõ peccat. [Si autẽ mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiã uiuemus cũ Christo.] Si cõmortui non sumus Christo, nec cõuiuemus cũ Christo, qa eius mẽbra uon sumus. [Sciẽtes, q̊d sicut Christus resurgens à mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.] Ita & nos si hic uoluntate mortui fuerimus peccatis, secundam non timemus mortem, nec tenebimur à gehenna. [Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel.] Id est, non possumus iterũ aqua baptizari, quia Christus non potest iterum crucifigi pro nobis. Sicut alibi dicitur. Impossibile est enim eos qui semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes sunt facti spiritus sancti, iterum baptizari: ibi ergo non pœnitentiam denegat, sed iterationem baptismi. [Quod autem uiuit, uiuit deo. Ita & uos existimate uos mortuos esse peccato,] si fueritis puriter confessi. [Viuẽtes aũt deo, in Christo Iesu domino nostro.] Cui sit honor.

Apoca. 2
Rebaptizari non possumus.
Heb. 6
Contra anabaptistas.

¶In uigilia sancti Petri apostoli, lectio Actuum apost. capite 3

IN diebus illis. Petrus, & Ioannes ascendebãt in templum ad horam orationis nonam. &c.

Homilia lectionis eiusdem.

IN lectione Actuum apostolorum, quę nunc ad memoriam beatorum apostolorũ lecta est, quo rũ nos hodie

hodie natalitia uenerando præuenimus, audiſtis charissimi nobis. [Petrus inquit & Ioannes, aſcendebant in templum ad horam orationis nonam.] Apoſtoli hora nona templum ingreſſuri, primo claudum diu debilem ſanabant. Deinde ad ueſperam uſq; laborantes, multa hominum milia uerbo fidei imbuebant. Hoc & in ipſo ſuo actu figuraliter ſe agere demonſtrabant, quia dominus noſter appropinquanti mundi fine, in hunc mundum ad ſaluandos omnes ſibi credentes uenerat. Et apoſtolos ſuos, quaſi ad ipſam ueſperā mundi, per totum orbem, multitudinem hominum ad docendum direxit. [Et quidam uir qui erat claudus ex utero matris ſuæ, baiulabatur, quem ponebāt quotidie ad ſpecioſam portam templi, ut peteret eleemoſynam ab introeuntibus in templū. Hunc cum uidiſſet Petrus cū Ioanne, dixit. Reſpice in nos. At ille reſpexit in eos, ſperans ſe aliquid accepturum ab eis. Ait autem ei Petrus. Argentū, & aurum non eſt mihi, ſed quod habeo hoc do tibi. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni, ſurge, & ambula, Qui confeſtim ſurrexit.] In claudo iſto ſi conſideremus, myſtica ſacramēta cognoſcimus præoſtenſa. Specioſa porta templi, ubi claudus ſanabatur, euangelicam poſſumus intelligere prædicationē, per quam templum dei, id eſt, Chriſti eccleſia ſpirituali pulchritudine decoratur. In qua qui mente debiles per infidelitatem & ignorantiam nominis Chriſti ſimul, & anima claudi ſunt, remedium ſalutis accipiunt per euangelicam Chriſti prædicationem. Denique ſpecioſa illa porta templi, quam diximus euangelicam prædicationem poſſe intelligi, claudum ſuſcipit, id eſt, incredulos, & integrum reddit, dum ad perpetuam ſanitatem illos commonendo, exhortando, docendo perducit. Sicut claudus iſte, cum eſſet ad ſpecioſam portam tem-

Marci 16
Mat. 28

Euangelica prædicatio ſpecioſa porta dicitur.

templi, respiciens in Petrum, & Ioannem, accepit sanitatem. Et nos antequam ueniremus ad agnitionem Christi, uere claudi eramus, quia à uia iustitiæ claudicabamus. Claudicabamus autem, non corporis gressu, sed internæ mentis excessu. Qui enim alienus est à uia iustitiæ, id est, à fide & agnitione Christi filij dei uiui. Hic quamuis rectos pedes corporis habeat, totus claudus est, quia mente, et anima claudicat. Iter enim fidei, ac ueritatis in obeditione præceptorum Christi, non gressibus tantum corporis inceditur, sed gressibus mentis internę. Vnde dubium non est, quia claudicabamus à uia iustitiæ. [Et apprehēsa Petrus manu dextra claudi, alleuauit eum.] Bene quem uerbo erexit, etiam dextera confortat. Quia sermo docentis in corde audientis minus ualet, si non etiam proprię actionis commendetur exēplis. [Et exiliens, stetit, & ambulabat, & intrauit cum illis in templum.] Ordo perfectionis egregius, primo illum surgere qui iacuerat, deinde iter arripere bonæ operationis. & sic æterni regni ianuam simul cum sanctis apostolis intrare præcepit. Ideo fratres charissimi, quotiescunque beatissimorum apostolorum memoriam celebramus, prætermissis omnibus seculi actibus, sine aliqua delatiōe profectu bonorum operum currere debemus, & reddere illis in dei laudibus honorificentiam debitam, qui nobis æternam salutem per effusionem sui sanguinis pepererunt. Qui tantam hostiam in semetipsis pro nostra propiciatione deo obtulerunt, præsertim, cum ipse dominus dixit ad illos. Qui uos honorat, mē honorat. Et qui uos spernit, me spernit. Quisquis ergo debita ueneratione honorat apostolos, & martyres Christi, Christum honorat, quem in ipsis diligit, & cum ipsis sanctis apostolis, atque martyribus, simúlque cum omnibus sanctis æter-

Claudi qui sint.

Doctor exemplis suam doctrinam commendet.

Festa sanctorum quomodo celebranda.

Lucæ 10.

Sanctos qui honorat Christum honorat.

æternę beatitudinis pręmia consequetur. Largiente domino nostro Iesu Christo, cui sit honor, & gloria, per immortalia secula, Amen.

¶In die sancto. lectio Actuum apostolorum. capite 12.

IN diebus illis. Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit apprehendere & Petrum. Quem cum apprehendisset, misit in carcerem. &c.

Homilia lectionis eiusdem.

QVemadmodum sanctus Petrus missus in carcerem, ligatus duabus cathenis, & traditus quatuor quaternionibus militum, quemadmodum inde liberatus sit per angelum domini, audiuit per ordinem dilectio uestra. Missus ergo in carcerem est sanctus Petrus, causa nominis Christi: sed pœnam carceris horrere non poterat, quia ipse in carcere templum dei erat. Ligatus erat duabus cathenis: Sed cathenas criminum in ipso carcere à credentibus detrahebat. Custodiebatur à quatuor quaternionibus militum, id est, à sedecim. Sicut enim centurio centum, ita quaternio, quatuor sub se milites habebat. Sed sub ipsa custodia, quatuor euangelia ad fidem uenientibus insinuabat. Nec sane humanam custodiam poterat timere, qui diuina custodia seruabatur. [Cum ergo diligenter Petrus custodiretur in carcere, à quatuor quaternionibus militum, ligatus duabus cathenis, uenit angelus domini ad eum, & apperuit ei ianuas carceris, & ait ei. Surge, & tolle uestimentum tuum, & operi te, & calcia te calciamentum tuum et ueni, sequere me. At ille surgens, sequebatur eum. Et cum uenisset ad portam ferream cum angelo, statim eadem porta aperta est eis.]

1. Cor. 6

Quaternio.

Cēturio.

Decurio.

templi, respiciens in Petrum, & Ioannem, accepit sanitatem. Et nos antequam ueniremus ad agnitionem Christi, uere claudi eramus, quia à uia iustitiæ claudicabamus. Claudicabamus autem, non corporis gressu, sed internæ mentis excessu. Qui enim alienus est à uia iustitiæ, id est, à fide & agnitione Christi filij dei uiui. Hic quamuis rectos pedes corporis habeat, totus claudus est, quia mente, et anima claudicat. Iter enim fidei, ac ueritatis in obeditione præceptorum Christi, non gressibus tantum corporis inceditur, sed gressibus mentis internę. Vnde dubium non est, quia claudicabamus à uia iustitiæ. [Et apprehēsa Petrus manu dextra claudi, alleuauit eum.] Bene quem uerbo erexit, etiam dextera confortat. Quia sermo docentis in corde audientis minus ualet, si non etiam proprię actionis commendetur exēplis. [Et exiliens, stetit, & ambulabat, & intrauit cum illis in templum.] Ordo perfectionis egregius, primo illum surgere qui iacuerat, deinde iter arripere bonæ operationis & sic æterni regni ianuam simul cum sanctis apostolis intrare præcepit. Ideo fratres charissimi, quotiescunque beatissimorum apostolorum memoriam celebramus, prætermissis omnibus seculi actibus, sine aliqua delatiōe profectu bonorum operum currere debemus, & reddere illis in dei laudibus honorificentiam debitam, qui nobis æternam salutem per effusionem sui sanguinis pepererunt. Qui tantam hostiam in semetipsis pro nostra propiciatione deo obtulerunt, præsertim, cum ipse dominus dixit ad illos. Qui uos honorat, mē honorat. Et qui uos spernit, me spernit. Quisquis ergo debita ueneratione honorat apostolos, & martyres Christi, Christum honorat, quem in ipsis diligit, & cum ipsis sanctis apostolis, atque martyribus, simúlque cum omnibus sanctis æter-

Claudi qui sint.

Doctor exemplis suam doctrinam commendet.

Festa sanctorum quomodo celebranda.

Lucæ 10.

Sanctos qui honorat Christum honorat.

æternę beatitudinis prḗmia consequetur. Largiente domino nostro Iesu Christo, cui sit honor, & gloria, per immortalia secula, Amen.

¶In die sancto. lectio Actuum apostolorum. capite 12.

IN diebus illis. Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit apprehendere & Petrum. Quem cum apprehendisset, misit in carcerem. &c.

Homilia lectionis eiusdem.

QVemadmodum sanctus Petrus missus in carcerem, ligatus duabus cathenis, & traditus quatuor quaternionibus militum, quemadmodum inde liberatus sit per angelum domini, audiuit per ordinem dilectio uestra. Missus ergo in carcerem est sanctus Petrus, causa nominis Christi: sed pœnam carceris horrere non poterat, quia ipse in carcere templum dei erat. Ligatus erat duabus cathenis: Sed cathenas criminum in ipso carcere à credentibus detrahebat. Custodiebatur à quatuor quaternionibus militum, id est, à sedecim. Sicut enim centurio centum, ita quaternio, quatuor sub se milites habebat. Sed sub ipsa custodia, quatuor euangelia ad fidem uenientibus insinuabat. Nec sane humanam custodiam poterat timere, qui diuina custodia seruabatur. [Cum ergo diligenter Petrus custodiretur in carcere, à quatuor quaternionibus militum, ligatus duabus cathenis, uenit angelus domini ad eum, & apperuit ei ianuas carceris, & ait ei. Surge, & tolle uestimentum tuum, & operi te, & calcia te calciamentum tuum et ueni, sequere me. At ille surgens, sequebatur eum. Et cum uenisset ad portam ferream cum angelo, statim eadem porta aperta est eis.]

[Margin: 1. Cor. 6 — Quaternio. — Cẽturio. — Decurio.]

Matth.16 eis.] Nec mirũ ſane ſi ſancto Petro porta ferrea ſpõte aperta eſt, qui portas inferorum iam in poteſtate acceperat. Dicente domino ad eum. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Et portæ inferorum non præualebunt ei. Et quæcunque ligaueris ſuper terram, erũt ligata & in cœlo. Et quęcunq; ſolueris ſuper terrã, erunt ſoluta & in cœlo. Ille ergo ſancto

Oſeę 13 Petro portam ferream aperuit, qui portas inferi patefacit. Ille de morte Petrum eripuit, qui mortem ipſam deuicit. Sed quod tunc circa ſanctum Petrum ſecundum literam geſtum eſt, circa nos quoque myſtice geri cognoſcimus, ſi fidem Petri ſequamur. Scimus enim & nos in hoc mundo uelut in carcere conſtitutos. Si ergo à deo uiſitari meremur, mittitur ad nos angelus dei, & dicit ad unumquemque noſtrum. Pręcinge te, & calcia te, & operi te, & ſequere me Pręcingimus enim nos, ſi lumbos corporis noſtri, pudicitiæ cingulo circundamus. Dicente Apoſtolo: Sint lumbi ueſtri præcincti in caſtitate. Calciamus pedes noſtros, ſi greſſus uitæ noſtræ præceptis euangelicis, actuq; fidei muniantur, ut ſecuri ſpinas peccatorum, & iniquitatis tribulos conculcemus. Operimus & nos ueſtimentum noſtrum, ſi ueſtem illam nuptialem, id eſt, gratiam baptiſmi integram conſeruamus in nobis: Si hæc itaque fideliter impleamus, ſtatim cadunt cathenæ de manibus noſtris, id eſt, cathenæ peccatorum, quibus conſtricti, & conligati ſecundum animam tenebamur. Sed nec aliter de carcere, id eſt, de mundi huius errore euadere poſſumus, niſi à domino per angelum uiſitemur. Apereaturq; nobis porta ferrea, id eſt, porta mortis, et pœnę, quam filius dei paſſionis ſuæ uirtute cõminuit. Et tunc uenimus ad domum Mariæ, ad eccleſiam Chriſti, ubi Maria mater domini habitat, & illic occurrit nobis

Margin notes: Mundus iſte carcer dicitur. — Epheſ.6 — 1.Pet.1 — Lucæ 12 — Calceare pedes qd ſit. — Mat.22 — Apoc.16

nobis puella nomine Rhode. Conuenienter autem huiusmodi, nomen Rhode, salutis nostræ mysterium est. ῥόδον enim secundum literam Græcam, rosa nuncupatur. Venientibus ergo nobis ad domum Mariæ, si Rhode occurrit, id est, congregatio sanctorum, quæ sanguine martyrum gloriosa uelut rosa preciosa refulget, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti gratia baptismi traditur. Per quam emundamur ab omni sorde peccati, ut mundi efficiamur. Quia ergo tantam circa nos dei misericordiam recognoscimus, ut indigni ad tantam eius gratiam uocaremur, pie ac iuste in conspectu eius uiuere, & conuersari debemus, ut in aduentu gloriæ eius, non cum immundis, & impijs pœnas, sed cum sanctis, & electis eius promissa regni cœlestis, & remunerationem uitæ perpetuæ consequamur. Per dom.

¶ In conuersione sancti Pauli, lect. Act. apost. ca. 9.

IN diebus illis. Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos domini. &c.

Homilia lectionis eiusdem.

PRæsens lectio Actuum apostolorum pronunciat fratres charissimi, quomodo apostolus Paulus cuius singularem hodie festiuitatem colimus, quomodo ex persecutore Christianorum prædicator, & doctor factus est Christianorum. Christus occidit in eo sæuitiam, et reuiuiscere fecit in eo mansuetudinem ueram. Impleta est in eo prophetia beati patriarchæ Iacob: qui cum Beniamin filium suum benediceret, ait. Beniamin lupus rapax, mane comedet prędam, & uespere diuidet spolia. Qui enim nunc Paulus post conuersionem dictus est, antea cum in impietate ęxtiterat, Saulus uocabatur, quia cũ mutauit opera, mutauit & nomen. Erat de tribu Beniamin, eratq; lupus mane, id est, primo persecutor Christianorum, et Gene. 49

uespere, id est, post ea per Christi gratiam mutatus: Diuidit spolia, id est, gentibus mirifice euangelica sacramenta diuisit. Audiamus enim mane comedentem prædam. [Saulus adhuc spirans minarum, & cędis in discipulos domini, petijt & accepit epistolas à principibus sacerdotum in Damascum. Vbi iam magna pars fidęlium erat, ut quoscunque inueniret huius uiæ uiros ac mulieres in Christum credentes, uinctos adduceret in Hierusalem, ad martyrium. Et dum iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco. Et subito circumfulsit eum lux de cœlo, & cadēs in terram, audiuit uocem dicentem sibi. Saule saule, quid me persequeris?] Quia quod uni ex fidelibus meis persequendo nunc feceris, me hoc scito passurum. Quid frustra insanis cōtra nomen meum, quia iam omnium Iudęorum manibus occidisti martyrem meum Stephanum? Olim quidem debui perdere te, sed Stephanus meus orauit pro te. [Et ille. Quis es domine? Et dominus ad illum. Ego sum Iesum Nazarenus, quem tu persequeris infidelis. Sed surge, & ingredere ciuitatem, ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Et surgens, nihil uidebat: & ita erat tribus diebus non uidens, & non manducauit, neque bibit] Ad hoc enim carnale istud lumen per aliquod tempus perdidit, ut spirituale ueracius per hanc pœnā percipere posset. Et hoc ideo perdidit triduo, quia dominum non crediderat tertia die resurrexisse. [Ananias quidam discipulus Christi erat Damasco. Cui dixit dominus. Surge & uade in uicū, qui dicitur rectus, & quære Saulum, et accede ad eum,] et signa eum charactere meo. Multa enim patietur pro nomine meo. [Et ille. Domine, audiui de uiro hoc, quanta mala sanctis tuis fecerit. Ait illi dominus: Vade, quoniam uas electionis est iste mihi, ut portet nomen meum coram gen-

Hæbraice Christus dixit Saule &c.

Actu. 7

Paulus uas electionis.

gẽtibus,& principibus terrę.] Ideo eñ proſtrata eſt;in eo ſuperbia,ut erigatur humilitas, & deuotio obſequij mei. Proſtrata ſunt in eo iam uitia, ut ſanctitas erigatur. Venit ergo Ananias, baptizauit Saulum, & fecit nobis Paulum, prædicatorem pium. Baptizauit lupum & fecit agnum, poſtque cœpimus eum habere prædicatorem, quem habuimus antea perſecutorem. Ecce quomodo ueſpere diuidit ſpolia. Cœpit eñ ubiq; ſtãtim prædicare Chriſtum, contra quem antea fortiter pugnauit. Nunc patiebatur Paulus, quod fecerat Saulus. Saulus lapidabat Stephanum. Paulus lapidatus eſt pro Chriſto. Saulus Chriſtianos uirgis cædit,Paulus pro Chriſto quinquies quadragenas plagas una minus ideo accepit,ut iterum cæderetur pro Chriſto. Si conſideremus dilectiſſimi nobis uia noſtra Chriſtus eſt.Chriſtum attendite,pati uenit,glorificari,cõtemni, ſed & exaltari,mori,ſed etiam reſurgere.Iſta cogitantes fratres chariſſimi,non deſperemus, quia ſi peccatores ſumus,magnum medicum habemus. Ipſum medicum audite. Non ueni uocare iuſtos ad pœnitentiam, ſed peccatores. Vtilitas rei geſtæ huius hæc eſt, quam Apoſtolus ipſe commemorat in epiſtolis ſuis.Dicit enim ad hoc ſibi ueniam datam omnium peccatorum ſuorũ,ut nemo de ſe deſperet, qui fuerit in magnis peccatis inuolutus,& magnis ſceleribus irretitus,quaſi ueniã non ſit accepturus, ſi cõuerſus fuerit ad eum,qui pẽdens in cruce,& pro perſecutoribus orauit dicens. Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Factus eſt ille ex perſecutore prædicator, & doctor gentium,qui prius fuit blaſphemus,& perſecutor & iniurioſus. Vides:meritum pro pœna debetur. Ergo pœna non redditur,ſed miſericordiam pro pœna conſequitur. Gratia enim ſalui efficimur de peccatis noſtris. Largiente ipſo

2.Cor.11 Ioan. 14. Peccatores magnum habent medicum. Matth.9 1.Tit.1 Deſperare nullus debet. Lucæ 23 Epheſi. 2

te ipso domino nostro. Qui uiuit & regnat deus.

¶Dominica. IX. Roman. 6.

FRatres, Humanum dico, propter infirmitatem carnis uestrę. Sicut exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete mēbra uestra seruire iustitię in sanctificationem. &c.

Homilia lectionis eiusdem.

MAgna solicitudo, & cura salutis uestræ, ac deuotio æterni profectus uestri coram deo, nos admonet ex apostolica lectione aliquantulum tractare uobiscum, quam audistis. [Humanum inquit dico, propter infirmitatē carnis uestræ.] Quia nondum potestis pleniter audire diuinum. Siue ita: humana natura dignū loquor, quod omnes sentire possunt, & nullus abnuere. [Sicut enim inquit exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem.] Ingloriosum quidem est, ut ita quis uirtutibus, sicut uitijs seruiat. Multo enim amplius, multo intentius est honoranda iustitia: & ideo dicit humane se loqui. Si ego inquit humane, & communiter ago, eadē & similia à uobis requiro. Dudum ergo patrum nostrorum pedes currebant ad dęmonum templa, nostri nunc currant ad ecclesiam dei. Manus quæ prius ueloces erant aliena diripere, nunc sint multo uelociores ad propria largienda. Oculi quę prius uidebant ad pulchritudinem mulierum ad concupiscendum, nunc multo intentius circūspiciant pauperes ad miserandū. Aures quæ delectabantur auditu uano, nunc conuertantur ad audiendū uerbū dei. Lingua quę uicijs, uel maledictionibus aut turpiloquijs erat assueta nunc cōuertatur ad benedicendū deum in omni tēpore. Et ita, quod antea quis exhibuit uitijs nunc ad uirtutes, & ad opera

Membra nostra quomodo seruiant iusticiæ.

opera iusticiæ aptare contendat. Et actum quem exhi buit ad adulterium, nunc ad castitatem, & ad sanctificationem omnino conuertat: Et ita omnia membra quæ antea iniquitati seruire dependebant, hæc conuerso in melius proposito, ad seruiendum iustitiæ sanctificationiq; pendat. Sequitur: [Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ.] Hoc est, ab omni iustitia alieni, quia acceptum deo non est, sine iustitia sibi deseruire. Vnde sequitur: [Quem ergo fructum habuistis tunc, in quibus nunc erubescitis?] In quorum recordatione maxima est uerecundia, his qui diligunt iustitiã, & ueritatem. Quia qui cognoscit & diligit dei bonitatẽ, in malis actibus suis erubescit. [Nam finis illorum mors est,] id est, retributio illorum, pœna perpetua. [Nunc uero liberati à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uero uitam æternam.] Notandum uero est esse libertatem culpabilem, alienum esse ab operibus iustitiæ: & laudabilem seruitutem, seruum esse iustitiæ. Vnde fratres, nosmetipsos incessanter discutere debemus, per singula quæ gessimus, aut gerimus, & in uno quoque actu considerare, cuinam seruiamus peccato, ad iniquitatem, & ad interitum nobismetipsis, nisi eam citius deseramus: an iustitię in sanctificationẽ, ad promerenda nobis æternæ uitæ gaudia. Nisi enim prius per pœnitentiam peccato moriamur, non possumus per iustitiam uiuere deo. [Stipendia enim peccati mors.] Peccatum ergo, nisi per confessionem, & pœnitentiã atq; eleemosynarũ largitatẽ destruatur, accipit remunerationem pœnam æternam. [Gratia autem dei, uita ęterna, in Christo Iesu domino nostro,] & nos simul cum illo æterna gaudia possidentes. Per omnia secula seculorum, Amen.

Libertas uitiosa.

Seruitus laudabilis.

¶ Dominica X. lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos. capite 8.

FRatres, Debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus. Si enim secūdum carnem uixeritis moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

APertissime nobis beatus Apostolus fratres charissimi in præsenti lectione quam audistis, carnis desiderijs non debere seruire docet dicens. [Ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus.] Neque enim propterea nos fecit deus ad imaginem suam, ut carnis seruituti essemus obnoxij, sed potius ut creatori suo anima deseruiens, & ipsa seruitio ac ministerio carnis uteretur. Sed fortasse dicat aliquis. Quomodo carni non sumus debitores, cum & uictum, & indumentum prouidere naturæ necessitate cogamur? Sed ut ostenderet Apostolus, non carni aliquid conferre propriæ necessitatis culpabile esse, sed ipsam uitam carnis concupiscentijs mancipare. Ideo addidit. [Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini.] Secundum enim carnem uiuere, est carnalibus desiderijs indulgere. In hoc ergo negat nos Apostolus debitores esse, sicut & alibi dicit. Et carnis curam non feceritis in concupiscentijs eius. Non utique denegat & ibi carnis curam habendam in necessarijs uitæ usibus, sed eius concupiscentijs consentire. Sequitur: [Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.] Qui ergo secundum spiritualia uiuit desideria, mortificans actus carnis suæ, ipse uiuit propter inhabitantem in se spiritum uitæ. Isto enim modo unusquisque actus carnis mortificare potest. Nam fructus spi-

Viuere secundum carnem quis dicatur.

Rom. 13

ritus est charitas. Odium autem actus carnis. Sequitur: [Quicunq; enim dei spiritu aguntur, hi filij sunt dei.] Nam qui in peccatis sunt, spiritu diaboli aguntur. Qui autem spiritu sancto gubernari merentur, & qui secundum doctrinam spiritus sancti uiuunt, ipsi spiritu dei aguntur. [Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore.] Id est, non eam legem nunc per spiritum sanctum in baptismo accepistis, aut accipitis, in qua in timore tantum domino deseruire debeatis, sed eam legem qua per dilectionem potius deo seruietis. Sed spiritus seruitutis in timore, est initium sapientiæ & scientiæ dei. Cum primo quis deum cœperit timere, debet diabolo repugnare. In quo spiritus timeris est domini, deo seruire & obedire debet in initio bonæ uoluntatis, quasi puer pædagogo, ut discat timore deum, & mandata eius custodire, quousque ad perfectionem bonorum operum ætatis perueniat, & mereatur adoptionis spiritum percipere, et esse iam filius dei per assueta bona opera. Sicut in sequentibus idem dicit Apostolus. [Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei.] Vt non iam timore pœnæ, deo seruiamus, sed pura, perfectaq; dilectione, quæ prædictum ab homine expellit timorem. Cum ergo peccatis mortui erimus per pœnitentiam, & confessionem, et desierimus esse quod fuimus, serui peccati, illi seruiendo, per assueta opera pietatis & iustitię, per spiritus sancti gratiam, et uocari, et esse iam filij dei merebimur. [In quo clamamus Abba pater.] Qui iam per sanctificationem spiritus sancti, quem bonis et sanctis moribus meremur in nobis manere: fiduciam habemus deum nobis patrem nominare, cum nos filios eius esse cognoscimus, in adimpletione uoluntatis eius. Ideo uoluntate simplici operemur omnia bona quę possumus, ut fi-

Spiritu agi quid sit.

Gal. 5

Ecclesi. 1 Prouer. 1

Abba pater.

lios nos dei esse comprobemus, in dilectione, & non iam in timore seruientes. Quia qui uocat patrem, filium esse se profitetur. Debet ergo patris moribus placabilis filius inueniri, ne pro nomine quoque in uanum usurpato maiori pœna subijciatur. [Ipse enim spiritus] seruitutis, per quem in timore tantum domino seruiuimus. [Testimonium reddit spiritui adoptionis,] in quo perfecte per charitatem deo seruierimus. [Quod sumus filij dei,] quia non nisi filij dei, arram sui spiritus percipere merentur. [Si enim filij, & hæredes. Hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi.] Mercedē nanque seruus expectat: hæreditatē filius sperat. Ideoque satagamus, ut non iam sicut serui per timorem domino simus seruientes, sed per amorem patris omnia bona facientes, ut mereamur hæreditatem incorruptionis, & immortalitatis æternæ, simul & gloriæ possidere: & illud etiam adipisci, quod ipse nobis saluator adoptauit à patre dicens. Pater uolo, ut ubi sum ego, illic sint & ministri mei. Hoc enim modo, cohæredes suos Christus non solum in partem hæreditatis, sed etiam in consortium beatitudinis æternæ perducit. Cui sit honor, & gloria, laus, & gratiarum actio, unà cum patre, & spiritu sancto.

Patrem nostrum imitari debemus.

Arram spiritus sancti soli filij percipiunt.

Ioan. 8

Ioan. 17

¶Dominica XI. Paulus ad Corinthios.

1. Cor. 10.

FRatres, Non simus concupiscētes malorum, sicut & illi concupierunt. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

ECce quam peritus medicus apostolus Paulus, cœlestis medici Christi ueri, ueraxque discipulus, qui ad remouendam diuturnam infirmitatem nostram, & ad instaurandam nobis corporis, & animæ sanitatem, nobis à domino destinatus, ostendit salubria,

quæ tenenda sunt ubique in prædicatione sua, demon strauitq; noxia, quæ cauenda sunt. Vnde in præsenti le ctione quam audistis, sub figura infidelis Israhelitici populi nos admonet dicens. [Fratres, non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt.] Nam illi propter malam cupiditatem in deserto prostrati sunt, ita ut nullus ex illa innumerabili plebe qui de Aegypto exierant, nisi duo terram repromissionis intrarent. Quod nobis in eodem figura cauendum est. Aegyptus enim hunc mundum significat. Vnde nos su mus per abrenunciationem diaboli, & omnium operum eius egressi, & omnibus concupiscentijs carnis abnegantes, deo nos seruituros promisimus, ut terram repromissionis, quod est regnum cœleste, siue terram uiuentium, mereamur in hæreditatem percipere. Si autem in deserto hoc est in uasta mundi solitudine. post sponsionem quã domino fecimus, iterum ad con cupiscẽtiam mundi dilabimur, timendum est nobis ne claudatur subito mortis interruptione porta regni cœlestis, quæ nobis aperta est, quousque in iusto permanemus opere, & uoluntate. Sequitur: [Neque idolatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodũ scriptum est. Sedit populus manducare, et bibere, et surrexerunt ludere.] Scimus enim quia idolum nihil est, nisi uana superstitio, & offensio dei: & qui idola colit, diabolum colit, & deum fortiter offendit. Vnde simi lis illi dicitur, qui confidit in eo: Quod idolum perman sit uno momento, pœna autem, quæ idolum colentibus præparatur, nunquam præteribit, sed æterna est. [Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una die uiginti tria milia.] Fornica tio autem, similiter ad idolorum pertinet culturam, cum creatura pro creatore colitur, & anima cum dijs

Christiani Aegyptum in baptismo sunt egressi.

Psal. 141

Exod. 32

Psalm.

Num. 25

uanis fornicatur, uerum sponsum suum Christum con
1.Cor. 5 temnens. Similiter & qui corpus suum, quod in templum sibi optauerat deus per donum sancti spiritus, quem in baptismo mersus accepit, tradidit per immunditiam fornicationis tẽplum diabolo, disperdet illum deus, nisi cito per pœnitentiam, et confessionem se converterit ad dominũ deũ suum, emundans ei templum suũ ieiunijs, uigilijs, & orationibus, cæterisq; operibus pietatis bonis, & sanctis, præparauerit ornamentum.

Pœnitentia cor emundatur.

Nume. 21 [Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierũt.] Tentat enim dominum suum, qui ultra suam custodiam in certo se periculo tradit. Similiter qui scienter quæ dominus prohibuit ne facerent, faciunt, propterea hæc facientibus mortem minatur, non istam communem, sed æternam, nisi cito reuersi, & emendati per pœnitentiã fuerint.

Tentare deum qd sit.

Iudi. 8 [Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, et perierunt ab exterminatore.] Vnde cauendum ualde est, cum uel in infirmitates corporis, uel in alias mundi huius angustias pro peccatis nostris inciderimus, ne contra dominum murmuremus, quia propter mala merita nostra ad correptionẽ nostram hæc patimur, uel ad probationem, ut iustiores etiam coram deo simus effecti, si tanta, ac talia patienter in nomine domini cum gratiarum actione portemus.

In omnibus angustijs non murmurandum, sed gaudendum est.

Rom. 15 [Hęc omnia in figura contingebant illis. Scripta sunt hæc ad correptionem nostram.] Omnia quæ incredulis Iudæis contigerunt, secundum merita sua receperunt. Sed tamen ideo scripta sunt, ne nos existimemus impune nos posse peccare. Itaque qui se existimat stare in perfectione bonorum operum, uideat, ne per inanẽ gloriam cadat. [Tentatio uos nõ apprehendat,] nisi quantum humana potest sustinere, & superare

rare fragilitas. [Fidelis autem deus eſt,qui non patie-
tur uos tentari ſupra id quod poteſtis.] Qui ſe ſemper
pollicitus eſt ſui nominis cauſa tribulãtibus affuturum.
Vt in pſalmo. Multæ tribulationes iuſtorum,& de his
omnibus liberauit eos dominus. [Sed faciet cum ten- Pſalm. 33
tatione etiam prouentum, ut poſſitis ſuſtinere.] Ipſe
tentationes à nobis diaboli inſuperabiles aufert, ſicut Lucę 11
in oratione quam ipſe compoſuit nos docuit orare di- Matth. 6
cens. Et ne nos inducas in tẽtationem, ne amplius nos
patiatur tentare diabolum,quã noſtra fragilitas poſſit
ſuſtinere. Sed liberet nos ab omni malo, Ieſus Chriſtus
dominus noſter,qui cum patre uiuit.

¶Dominica XII. Paulus ad Corinthios.

1.Cor.15.

FRatres, Notum uobis facio euangeliũ,quod prædicaui uobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſaluamini. Et reliqua.

Homilia lectionis eiuſdem.

DE uera carnis reſurrectione beatus apoſtolus Paulus Corinthios in præſenti lectione confirmat,ut audiuit dilectio ueſtra. [Notũ,inquit, uobis facio fratres euangelium, quod prędicaui uobis, quod & accepiſtis,in quo & ſtatis, per quod & ſaluamini.] Id eſt, in cuius doctrina & per quod ſalutem ſperatis, & in pręſentia à diuerſis infirmitatibus atque anguſtijs liberati eſtis. [Qua ratione prędicauerim uobis.] Tota enim ratio prædicationis noſtræ hæc eſt, ut reſurrectionem ueraciter credatis, quia hoc eſt eorum præmium,qui Chriſto deſeruiunt. Alioqui ſuperfluus eſt omnis labor ieiuniorum tribulationúmque, quaſi in hac uita patimini, cum uobis hic proſpera, uel aduerſa,cum infidelibus eſſe communia uideãtur. Nam infideles, & pagani, hic in præſenti recipiunt conſola-

Reſurrectio futura in omnibus nos conſolatur aduerſis.
Lucæ 16

tionem suam, carnalibus fruendo desiderijs: In futuro autem æternas pœnas se possessuros lugebunt, ubi nunquam amplius consolationem recipient. Nos autem qui credimus, & tribulationes hic atque angustias diuersas patimur, si hæc patiẽter in nomine domini suffe ramus, & carnalibus hic coucupiscentijs repugnamus, æternæ beatitudinis, & gaudij consolationem merebi-
Matth. 5 mur. Vt ipse dominus promisit dicens: Beati qui lugent nunc, quoniam ipsi consolabuntur. Et Apostolus
Rom. 6 nos alibi admonet dicens: Si compatimur hic tribula-
2. Tim. 2 tiones cum Christo, & conglorificabimur in futuro cũ Christo. Et alibi: Per multas enim tribulationes opor
Actu. 14 tet nos introire in regnum dei. Vnde sequitur: [Et si tenetis, nisi frustra credidistis.] Nam si fidei uestræ & laboris præmium non speratis, frustra utique credideritis. [Tradidi eñ uobis in primis,] id est, maxĩe, [q̊d & accepi,] siue à lege, uel à priorib⁹, maxĩe aũt per re
Esaiæ 53 uelationẽ Christi. [Qm̃ Christus mortuus est pro peccatis nostris, secũdum scripturas,] ut de eo Esaias propheta ait. Sicut ouis ad occisionẽ ducet, & quasi agnus coram tondente se sine uoce, sic non restitit in passione
1. Pet. 2 Christus, nec aperuit os suũ ad cõtradicendũ morti. Et alibi: Qui traditus est propter iniquitates nostras & liuore eius sanati sum⁹. Et ipse iniquitates nostras portauit. [Et quia sepultus est.] Vt idem de sepultura, & resurrectiõe eius, una sententia dicit. Sepultura eius sublata est è medio. [Et qa surrexit tertia die secundũ scri
Oseę 6 pturas,] ut ꝓpheta ait: Viuificauit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & uiuemus in conspectu eius. Potuit quidẽ Apostolus sermonibus prædicatiõis suæ & ꝑ multa signa quæ faciebat fideliter demonstrare ipsum esse Christũ quem euangelizabat, sed maiore uoluit autoritate firmare hunc esse Christum saluato-

rem mundi, quem lex & prophetæ annunciauerunt. [Et qui uisus est Cephæ.] quod in euangelio dicitur: apparuit Simoni, & pòst hæc undecim. [Deinde uisus est plus quàm quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc.] Qui usque tunc temporis uiuebant, quia iam alij mortui fuerant, cum Paulus hoc scripsit, [deinde uisus est Iacobo] seorsum [deinde apostolis omnibus] singulariter, quos præmisit. [Nouissime autem omnium, tanquam abortiuo uisus est & mihi.] In uia scilicet cum Damascum pergerē, & in templo cum orarem. Hæc ideo scripsit, ne putarent eum audita potius, quàm uisa narrare. [Ego em̄ sum minimus apostolorum, qui non sum dignus uocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiā dei.] Secundū dictū fecit Salomonis. Iust⁹ in primordio sermonis accusator sui est. [Gratia aūt dei sum, id q̄d sum & gratia eius in me uacua non fuit.] Quia non sine fructu gratiam dei habuit, sicut ille qui talentum domini sui fodit in terram. Ideo enim dominus noster Iesus Christus nasci ex homine, id est, ex Maria uirgine dignatus est, & à Iudæis crucifigi, & post diem tertium resurgere, ut nos tali exemplo animati resurrectionē ex mortuis certissime crederemus, quam qui non credit futuram, nec hoc quidem credit, quod Christus resurrexit à mortuis. Qui autem dominum Iesum resurrexisse à mortuis confitetur, nec de sua poterit resurrectione dubitare. Abstinete ergo uos ab omni opere malo, ab inimicitijs, ab ebrietate, & fornicatione, à furto, à periurio, quia hæc deus odit omnia, & eos qui ista faciunt, puniet in futuro. Estote ergo benigni, misericordes, inuicem honorem habentes, ea semper operantes quæ in sanctis suis diligit deus, ut possitis cum sanctis eius ad æternam & immortalem gratiam perueni-

Lucæ 24
Matth. 28
Actu. 9
Prouc. 18.
Sapie. 14
Ephes. 4

uenire. Per dominum nostrum Iesum Christ.

¶ Dominica XIII. Paulus ad Corinthios.
2. Cor. cap. 3.

FRatres, Fiduciam talem habemus per Christum ad deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

Ecclesiæ consuetudines à spiritu sancto manarunt.

DVbitandum non est dilectissimi, omnem obseruantiam Christianam eruditionis esse diuinæ, & quicquid est in ecclesia consuetudinis receptum, de traditione apostolica, & de sancti spiritus prodere doctrina. Vnde dicit in præsenti lectione Apostolus. [Fiduciam talem habemus per Christum ad deum.] Quia nouimus non posse credidisse, sed diuina tantum hoc agente gratia. [Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis.] Ac si diceret: Nihil nostra possumus facere prudentia, uel uirtute, ut ipse dominus ait. Sine me nihil potestis facere. Neque per nos homines unquam fieri potuit, ut tanta esset fidelium multitudo festinantium ad salutem, sine gratia dei. Vnde subditur: [Sed sufficientia nostra ex deo est.] Quia omnia quæcunque uoluerit, operatur in seruis suis. [Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti.] Vt adimpleretur prophetia quæ dicit. Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. Et ipse dominus ait: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Et iterum: Ego enim dabo uobis os, & sapientiam. Vnde enim nisi à spiritu sancto, tam idonei fuerunt, ut tanta per eos diuina mysteria credentibus reuelarentur? Sequitur: [Non litera,] non enim omnia hæc in literis ueteris legis repererunt, sed spiritus sancti docēte gra

Ioan. 15
Sine dei auxilio nihil possumus.

Psalm. 80
Matth. 10

tia

tia didicerunt. [Litera enim occidit,] quia in legis litera nulla remissio, sed semper ultio exercetur. Vt hoc est. Si quis hoc, uel illud fecerit, morte moriat. [Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria,] Quæ mortificat peccatores & damnat. Et tantum obseruantibus ea præsentia bona promittit, & de futuris mentionem facit, & tamen in magna gloria erat obseruanda, quia umbram futurorum bonorū mōstrauit. [Ita, ut nō possent intendere filij Israhel in faciem Moysi, propter gloriam uultus eius quæ euacuatur.] Per Christi passionem, atque resurrectionem, quæ omnem superexcellit gratiam. [Quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria?] Si autem quod euacuari potest in gloria est, quanto magis quod ad ęternam gloriam ducit glorificandum in operibus sanctis, & iustis, ut æterna etiam gloria per hæc mereatur. Nam sicut orto sole lumen obtunditur lunę, cum tam suo tempore magnum habeat lumen, ita comparatione gloriæ euangelicæ, obumbratur omnis gloria ueteris legis. [Nam si ministerium damnationis in gloria est, quanto magis ministerium iustitię.] Dimittendo peccata hominibus, & de filijs diaboli filios dei faciendo. Quo contra sunt qui dicunt in hac uita beati, quibus omnia huius mundi prospera cedunt, quæ beatitudo simul cum ipsa euanescit prosperitate. Hi autem uere beati dicuntur, qui spe futurę beatitudinis beati sunt. Ergo unusquisque nostrum in contemplatione illius uitæ huius seculi prospera caueat. Scriptum est enim: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Ideo mori oportet hominem in carne mundo, ne moriatur in anima Christo. Nam tum quisque uiuere creditur, si seculi desiderijs moriens, in solo deo uiuere delectatur. Largien-

Litera occidit. Leuit. 20 Heb. 10 Eccles. 7

giente & auxiliante domino nostro Iesu Christo. Qui uiuit & reg.

¶In natiuitate sancti Laurentij, Paulus ad Corinth.
2. Corinth. 9.

FRatres, Qui parce seminat, parce & metet. Et qui seminat in benedictione, de benedictionibus & metet. & cæt.

Homilia lectionis eiusdem.

BEati Laurentij fratres charissimi hodie festa celebramus: qui fidelis est inuentus domini sui dispẽsator in omnibus. Nam ecclesiæ opes à magistro commẽdatas, sicut fideliter dispensauit, ita à domino feliciter meruit coronari. Vnde & de fideli dispensatore præsens lectio retulit, quam audistis. [Qui parce (inquit) seminat, parce & metet.] Quia quãtum hic quisque pro domino de terrenis istis, & transitorijs dederit, tanta in futuro recipiet & prẹmia: si ea bono ac simplici dederit animo. Multi enim multa donantes, perdunt mercedem, quia percipiunt ab hominibus quam exquisierunt laudem. Vnde sequitur: [Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.] Ac si diceret. Qui bonum quod potest bona tantum intentione agit: in futuro æterna à domino recipiet prẹmia, fructusq; boni seminis messurus est, in cœlesti patria. [Vnusquisq; prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate,] id est, uoluntarius, non coactus: Sequitur: [Hilarem enim datorem diligit deus.] Hilarem uult deus hic esse in labore suo doctorem. Vnde Paulus alibi ait: Si enim uolens hoc ago, mercedem habeo. Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quam si digne non facio, ultionem recipio. [Potens est deus omnem gratiam abundare facere in uobis.] Facit suam deus semper in omnibus misericordiæ largita-

Date & dabitur uobis.

1. Cor. 9

gita-

gitatem,quicunque ſyncero corde, eius quæſierint bonitatem. Proinde noſtrum eſt,tantum uoluntatem noſtram puriter deo commendare,& omnia quæcunque bona eius gratia largiente ualemus,eius miſericordiæ, non noſtris unquam meritis deputemus. Ipſe in uobis omnem ſuam gratiam dignatur implere,[Vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum,ſicut ſcriptum eſt.Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.] Quia qui hic fideliter domini ſui commiſſa diſpenſat, deſiderabilem illam euangelici ſerui meretur ſententiam.Euge bone ſerue, in modico fidelis,intra in gaudiū domini tui.Quid eſt enim glorioſius homini,quàm dare terrena & tranſitoria & emere cœleſtia regna? Honoremus igitur fratres chariſſimi beatum Laurentium,qui dum fide ſua perſecutoris flammas uicit,oſtēdit nobis per ignem fidei gehennæ incendia ſuperare. Gaudeamus quoque gaudio ſpirituali,& de feliciſſimi uiri fine gloriemur in domino. Cuius oratione & patrocinio adiuuari nos ſine ceſſatione cōfidimus,ſi eius ſolennia dignis moribus, & ſanctis operibus celebremus. Corroboremur inuicem ſpiritu charitatis ad ſuperandas omnes tentationes & inſidias inimici: conſtantes ſimus in omni bonitate: unanimes cōtra omnium uitiorum ſtimulos fideli clypeo muniamur. Per eum qui uicit diabolum,et nobis uincere illum ualetudinem dedit.Ieſ.Chriſt.dom.noſt.

Tit.3

Pſal.111

Mat.25

Terrenis cœleſtia emuntur.

Lucæ 16

Sanctorum feſta nō ocio, ſed ſanctis operibus celebranda.

¶In aſſumptione ſanctę Mariæ,lectio libri Sapientię.cap.24.

IN omnibus requiem quæſiui, & in hæreditate eius morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium,& qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et cætera.

Homi-

Homilia lectionis eiusdem.

Ioan. 1 DEi filius, uerbum, & sapientia dei patris, locutus est per Salomonem in persona sapientiæ, quæ est ipse, annuncians humano generi, quod in eis requiescere, & in illis manere desideraret: Quia homo ad imaginem dei factus, si in deo manere uoluerit mundo corde, & syncera uoluntate, deus in eo manet,
1.Ioan.4 & ipse in deo. Vnde in præsenti lectione quam audistis, loquitur sapientia dei ad homines, filius dei. [In omnibus requiem quæsiui.] Vt illud quod Apostolus
1. Tim. 2 ait: Deus enim uult omnem hominem saluum fieri, & in agnitionem ueritatis uenire, ut relicto errore terre
Sapien. 1 næ concupiscentiæ, & desiderijs expugnatis carnalibus, mundo corde, & casto corpore, dignum sapientiæ dei habitaculum præparet unusquisque. Nam subditur: [Et in hæreditate eius morabor.] Hæreditas dei sunt omnes diligentes deum, & eius uoluntatis fideles coope ratores in suam ipsorum salutem. [Tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium, & qui creauit me, requi euit in tabernaculo meo.] Dei sapientia, id est, filius dei, manens semper in æternitate cum patre, æqualis per omnia patri in maiestate, hominem quem ad suam imaginem fecit, æternæ immortalitatis possessorem esse constituit. [In Iacob inhabita.] In eis se habitare
Regnat in domino Iacob. promisit, qui uitia & peccata supplantant, & conculcant ea bonæ operationis studio, diuina gratia largien te. Sequitur: [Et in Israhel hæreditare,] id est, in his qui in castitate, & bonorum operum sanctitate, diuina
Matth. 5 uisione dignos se exhibent. Vt est illud. Beati mundo corde, quoniã ipsi deum uidebunt. [Et in electis meis mitte radices.] Hi sunt enim electi dei, qui omnia oblectamenta huius mundi, tota deserunt uoluntate, & qui huic mundo inhærent sola tantum necessitate. De qui-

quibus dicit Apostolus: Qui utuntur huic mundo, tanquam non utantur: Id est, necessitate tantum, et non delectationis consensu. [Et sic in Syon firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalem potestas mea.] In talibus enim sapientia dei, filius dei, manere dignatur, qui bonorum operum speculum alijs prębent in semetipsis, & in sancta ecclesia sanctis moribus sibimetipsis, & alijs operant salutẽ, & ad æternæ pacis uisionem festinãt, [Radicaui in populo meo honorificato, & in partes dei mei hæreditas illius.] Elegit enim deus præ omnibus gẽtibus Israheliticum populum peculiarem, quia Israhel uir uidens deum dicitur. Eos uult spiritualiter intelligi, qui castitate uitæ & in sancta conuersatione ad æterna semper gaudia contemplanda festinant. [Quasi cedrus exaltata sum in libano, & quasi cypressus in monte Syon.] Cedrus autem atq; cypressus, qui suauis odoris sunt arbores, & altiores cæteris in libano arboribus, ecclesiam significant, & excelsiores in ecclesia uirtutis uiros possumus intelligere, id est, uirgines, qui centesimum merentur fructum metere: Quod manifeste signatum est in beatissima dei genitrice Maria, cuius hodie annuam diem beatissimæ assumptionis celebramus in cœlum: Quia quod deus dei filius se in hunc mundum ad redemptionem humani generis uenire promisit, non per nuptam quamuis sanctam, ut multas legimus in scripturis, non per uiduam castam, solum hoc uirgineum corpus impleuit. Qui quasi sol oriens, nitidus ab omni pollutionis sorde processit ex utero uirginis matris. Felix certe, & omni laude dignissima, quæ de cœlo suscepit prolem, & mundo genuit saluatorem. Vnde dilectissimi nos omni studio seruemus, non solum corpus, sed etiam cor nostrum ab omni quod odit dominus, & ut

Matth. 5

Lucæ 8

Lucæ 1

Christus nõ ex nupta aut uidua sed ex uirgine nasci uoluit.

in omne quod ei placeat, confirmet cor nostrum: eius misericordiam postulemus. Et inter hæc omnia toto cordis affectu, nos auxilium beatæ uirginis implore-mus, quia dum nos eã supplici obsequio frequentamus in terris. Ipsa nos sedula prece Christo domino no-stro commendare dignatur in cœlis. Quod ipse pręsta re dignetur, qui in trinitate perfecta regnat, & domi-natur. Per omnia sec.

¶Dominica XIIII. Paulus ad Corinth.
2. Cor. 5.

FRatres, Scimus enim si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificatio-nem ex deo habemus, domum non manufactã, æternam in cœlis. Et rel.

Homilia lectionis eiusdem.

AD cœlestis regni habitationem, & ad æternæ immortalitatis gloriã tendere præsenti nos le-ctione docet Apostolus dicens, ut audiuit dile-ctio uestra. [Scimus enim quoniam si terrestris do-mus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædi-ficationem ex deo habemus.] Domus nanque huius habitationis, corpus humanum significat, mortis inter ruptione esse solẽdum. Secundum autem dispensatio nẽ dei, cum surrexerit, incorruptibile, & immortale cũ gloria permansurum. Nam si ante aduentum domini iudicantis, domus nostra, id est, terrenum corpus, in quo adhuc in hoc seculo corruptibiliter habitamus, uel passione, uel aliqua conditione fuerit dissolutum pro-pter deum, cœlesti incorruptione deo corpora uiue-scente uiuimus. Domũm nanque non manufactam ha bemus æternã in cœlis. Sequitur: [Nam qui sumus in tabernaculo isto immortali, ingemiscimus grauati, eo quod

Domum æternam habemus in cœlis.

quod nolumus expoliari, sed super uestiri.] Nemo est enim cui non ista dissolutio per mortem corporis grauis sit quamuis ualde sit iustus. Et ideo si fieri posset, uoluissent homines sine metu mortis cœlesti superindui immortalitate. Itaque & qui uiuere deo inueniuntur in operibus iustis, in hoc laborant hic in hoc mundo, ut expolientur ab igne: ne cum peccatoribus cum omnia cœperint elementa consumi, sed cum iustis immortalitate superindui mereãtur. [Vt absorbeatur quod mortale est à uita.] Quod absorbetur non apparet, cum sit sicut ferrum, cum mittitur in ignem, manente eius materia totum fit ignis: Ita manente nostræ carnis substãtia, & in melius commutata, mortalitas, & peccata, quę in eis sunt penitus absorbebuntur. Ideo hoc studeamus petere, quia quamdiu sumus in hac uita, incertis ia ctamur euentibus, finem nostri exitus nescientes. Cum autem excesserimus è corpore, tunc sciamus nos deo propinquare ad gaudia possidenda, si hic usque dum possumus, ea bonis operibus studiose cupimus promereri, & tunc de incertis & diuersis sumus molestijs secu li liberati. Sequitur: [Quoniã dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Per fidem enim ambulamus, & non per speciem.] Peregrinamur enim, quia hic sumus in hęreditate paterna ut peregrini. Ideo non debemus de rebus huius seculi magnopere curare, sed necessarijs contenti esse. Desiderium omni studio perueniendi ad patriam habeamus, quam fide adhuc sperare possumus, si rectis & iustis illuc tendamus operibus, quam nondum specie possidemus. Et ideo contendimus, siue præsentes in resurrectione, siue absentes nunc quamdiu sumus in corpore, placere deo, quanquã creatori suo nulla creatura sit absens. Modo cum possumus tales esse conemur, quales futuros nos esse

Mortem omnes fugiunt naturaliter.

1. Cor. 15
Ecclesi. 9
Marci 15
Lucæ 12

Mors oĩa cõsumit.

Heb. 13
1. Tim. 6

Creatori nulla creatura absens est.

Ioan. 9

uoluerimus in regno. [Et ideo quamdiu in hac uita sumus peregrini à domino, conuersationem bonam indagemus, ut ei in futuro placere ualeamus. Omnes enim manifestari oportet, ante tribunal Christi.] Pro magnitudine potentiæ sedentis, magnitudo formidinis iudicis, & terror iudicij æstimanda sunt. [Vt referat unusquisque propria corpore prout gessit, siue bonum siue malum.] Vt ergo non terribilem illam, sed desiderabilem sententiam domini, ante tribunal illud æterni iudicis audire mereamur, dum adhuc licet, & cum dei adiutorio possumus, consideremns conscientias nostras, & si aliqua crimina, uel peccata capitalia, necdum eleemosynis, ieiunijs, et orationibus, uel etiam digna pœnitentia purgata, in nobis adhuc dominari cognoscimus: portum pœnitentiæ deuictis peccatorũ fluctibus, Christo gubernante festinemus intrare. Et si quid in nauicula animæ nostrę multis tempestatibus peccatorum, aut per superbiam fractum, aut per gulam ruptum, aut per luxuriam resolutum esse cognoscimus, componere, uel reparare bonis operibus festinemus. Studeamus iugiter per confessionem, uitiorum molem auferre, & sine ulla dissimulatiõe, uel mora de sinistra fugere, & festinemus ad dexteram. Hic extinguamus mortem moriendo peccatis, hic uitam bonæ uitæ meritis acquiramus. Per eum qui uiuit.

Gratiæ tempus hic est.

¶Dominica XV. Paulus ad Galatas. capite 5.

FRatres, Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit & seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno: & semini tuo qui est Christus. Et reliqua.

De

Homilia lectionis eiusdem.

DE lege per Moysen data populo Israhel, & de promissionibus Abrahę sanctissimi patriarchę tractat Apostolus, ut in p̄senti lectione audiuit dilectio uestra. [Abrahæ dictæ sunt promissiones.] Redemptiones, & saluationes humani generis, [& semini eius.] Vt dicitur ei: In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ: Vt maledictionis pars prima deleretur, & benedictio daretur pro maledictione omnibus, qui dei credere, & obedire uoluerint præceptis. [Non dicit & seminibus quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo qui est Christus.] Quia per nullius hominis merita, nec promissa, nec ipsa data est benedictio, & facta redemptio, nisi sola gratia Christi filij dei. [Hoc autem dico testamentum confirmatum à deo, quia post quadringentos, & triginta annos lex data est: Non irritum facit ad euacuandam promissionem.] Hic docet Apostolus: Non posse per legem, quæ postea data est, repromissiones quæ ante factæ sunt ad Abraham destrui, & posteriora prioribus prę iudicare. Cum repromissiones prędictæ ad Abraham, ante quadringentos & triginta annos quàm daretur lex, datę fuerunt. Quod benedicerentur in semine eius, hoc est, in Christo uniuersæ nationes, & ab omni maledictionis uinculo liberarentur. [Nam si ex lege hæreditas.] Ac si dicatur: Si per legis obseruationem nobis redderetur ęternę patriæ hęreditas, quæ per Adam perdita est, iam non ex promissione. Non enim ad euacuandam promissionem, uel destruendam, data est lex, ut in consequentibus dicitur. [Quid ergo lex? propter transgressiones omnino posita est,] propter offensiones prohibendas data est, [donec ueniret semen,] id est, Christus, [cui repromiserat,] mundi liberatiōem.

Gen. 22

Tit. 5

[Lex ordinata per angelos,] maneret peccata prohibens, ut qui per arbitrij libertatem noluerant innocentes expectare promissum, legalibus uinculis præpediti, & in seruitutem mandatorum redacti insontes custodirentur, usq; in aduentum futuræ in Christo fidei, quæ adimpletionem promissionis adferret. Quod autem ait ordinata per angelos, hoc uult intelligi, quod in omni ueteri testamento, ubi angelus primo uisus refertur, & postea quasi deus loquens inducitur, mediator in illo, id est, deus ipse iudex, & rector loquebatur, qui dixit. Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, mediator dei & hominum. Inter dantem, & accipientem legem, medius dicitur. Si lex ipsa quæ post promissionem data est, inter repromissionem, & completionem eius, media subrepsit, in custodiam repromissionis eiusdem, non in subuersionem data est. [Mediator autem unius non est partis:] Sed inter deum, & hominem Christus medius est: id est, qui suum humano generi in hunc mundum promisit aduentum, ut pacificaret cum deo homines, & reconciliaret. [Deus autem unus est.] Hoc ideo addidit, ne quis dubitaret Christum ab unitate diuinæ naturæ posse diuidi, quia mediatoris suscepisset officium. Mediator enim dei, atque hominum, homo Christus Iesus, nequaquam alter in humanitate, alter in deitate est, sed in utroq;, idem est deus, nec purus homo conceptus, nec purus homo natus est, sed deus uerbum dei assumpsit carnem pro salute humana in qua impassibilis erat deus, & homo passibilis: in qua immortalis deus: non posse mori, & homo mortalis mori posse ostenderetur: Qui sic peccatum non admisit, pœnam pro nobis suscepit, ut per indulgentiam, & misericordiam suam debitam ablueret culpam nostram. Agamus ergo gratias

Lex super bos domabat.

Mediator mihi est Christus.

Ioan. 1

Esaiæ 53

1.Pet.2

tias dilectissimi deo, per filium eius, in spiritu sancto, qui propter multam charitatem, qua dilexit nos miser tus est nostri. Et cum essemus mortui peccatis, conuiui ficauit nos in Christo, ut essemus in ipso noua creatura nouumq; figmentum. Deponamus ergo ueterē hominem, cum actibus suis, & adepti participationem generationis Christi, carnis renunciemus operibus. Agnosce ô Christiane dignitatem tuam, & diuinę consors factus naturæ, noli in ueterem uilitatem degeneri conuersatione recedere. Memento capitis tui: & cuius sis corporis membrum reminiscere. Qui erutus de potestate tenebrarum, translatus es in dei lumen, & regnum et per baptismatis sacramentum, spiritus sancti factus es templum. Noli tātum habitatorem prauis de te actibus effugare, & diaboli iterum subijcere seruituti, quia precium tuum sanguis est Christi, qui ueritate te iudicabit, & qui misericordia sua te redemit. Iesus Christus dominus noster.

Ephes. 2 Col. 2 Ephes. 4 Col. 3 2. Pet. 1 Templa sumus spiritus sancti. 1. Cor. 6 1. Pet. 1

¶Dominica XVI. Paulus ad Galatas. capite 5.

FRatres, Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Et reliqua.

D. 14 post Pē

Homilia lectionis eiusdem.

PRæsenti nos lectione, quam audistis charissimi, monet Apostolus spirituali cōuersatione nos uiuere debere, ut æterna & spiritualia præmia mereamur possidere. Ait enim: [Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.] Quod ita intelligere possumus, illi qui spiritu facta carnis mortificauerint, & seminauerint in spiritu, de spiritu metent uitam ęternam. Quotiescunque autem uoluptatem carnis senserint, oportet ut illam præcaueant, ne perficiant deside-

rium eius. [Caro enim concupiscit aduersus spm̄, spiritus aūt aduersus carnē. Hęc enim sibi inuicē aduersantur, ut non quęcunq; uultis illa faciatis.] Caro ēm̄ praesentibus delectatur, & breuibus, spūs uero perpetuis, & futuris. Caro epulis & lasciuia delectat̄, spūs aūt abstinentiae rigore corpus castigare desiderat, ut spirituali semper conuersatione sit potissime occupatus, pro qui bus meritis, aeterna percipere gaudia credit. Hęc enim ratio facit, ut non quęcunq; corpus uoluerit, hęc anima consentiat in effectum, & ideo inter animam & corpus iurgium esse dicitur, quamdiu corpus non subijcitur spiritui, ut spiritualium operum fructus metere simul corpus, & anima mereantur in futuro. [Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.] Hoc est, ut non iuxta carnis desideria uiuamus, sed sancti spiritus suggestionibus studeamus semper esse subiecti. [Manifesta autem sunt opera carnis.] Omnibus ea nota esse demonstrat, quae per se apparent mala esse, & fugienda, in tantum, ut ea qui faciunt, etiam cupiunt occultare. [Quae sunt, fornicatio, immunditia, luxuria.] Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. In eo enim fornicatio maioris est criminis, quia tollit membra Christi, & facit membra meretricis. Similiter qui non est fidelis, nec credit in Christum, & alios deos, praeter unum deum uerum colit, facit membra sua, membra meretricis. Secundum opus enim carnis, ipse coitus immunditia nuncupatur, & eam comes luxuria sequitur. Ipsa autem opera nuptiarum, si non uerecunde, et cum honestate, quasi sub oculis dei fiant, ut tantū liberorum sit causa, immunditia, & luxuria nominatur. Sequitur: [Idolorum seruitus.] Quarto loco, idolatriam nominauit Apostolus. Quia qui luxuriae & for-

Caro quibus delectetur.

1. Cor. 6.

Debitum coniugale quomodo reddendum.

fornicationi seruiunt, non respiciunt ad creatorem,& hoc ad idolatriam pertinet. Veneficia uero,& maleficę artes,inter carnis opera nominantur. Hęresis autem inimica est deo. Nã hęresis ab electione dicitur. Quod scilicet sibi unusquisque eligit disciplinam, quam putat esse meliorem, sed est ipsa deterior, quia unitatem diuidit ecclesiæ. Quicunque enim aliter scripturam intelligit, quã spiritus sanctus flagitat, quo cõscripta est, licet de ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellatur. Inuidia uero, quasi lepra in lege iudicatur, & ideo à regno inuidus, quasi leprosus à castris eijcitur. Ebriosi quippe regnum dei non possidebunt. Vnde dominus admonet discipulos,& ait. Videte ne grauentur corda uestra crapula, & ebrietate. [Hæc ergo, & his similia, quę prædico uobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Fructus enim spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, mansuetudo, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex.] Et quæ alia inter fructus spiritus debuit tenere primatum, nisi charitas, sine qua uirtutes cęterę non reputantur esse uirtutes? Ex qua nascuntur uniuersa quæ bona sunt,& per quam extinguuntur omnia mala: siquidem & in lege,& in euãgelio ipsa obtinet principatum. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota uirtute tua, & diliges proximum tuum tanquam teipsum. Charitas enim operit multitudinem peccatorum. Quam qui habuerit, omnibus simul cum ea, et per eam uirtutum fructibus ditatur. Discat homo, quæ sunt præcepta dei, et ea custodiat, quantum ualeat, et sic se agnoscat charitatem dei habere, & dominũ deũ suũ perfecte diligere. Ipso auxiliante, cui sit laus, & potestas, per omnia sec.

Carnales taxãtur.

Hæresis diuidit unitatem ecclesiæ.

Lucæ 21

1. Cor. 15

1. Cor. 13

Sine charitate deo nihil placet.

Deute. 9

Mat. 22

1. Pet. 4

¶Dominica XVII. Paulus ad Galatas. capite 6.

FRatres, Si uiuimus spiritu, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis glorię cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

MOdo cum apostolica lectio legeretur, audiuit dilectio uestra, docentem Apostolum, atque dicentem. [Si uiuimus spiritu, spiritu & ambulemus.] Secundum enim interioris hominis desiderium, id est, secundum animam spiritualiter semper uiuamus, & cœlestia semper non terrestria meditemur. Qui enim spiritualiter uiuit, carnis omnino desideria conterit, uoluptates iniquas de corde funditus eradicare cum dei adiutorio cōtendit. Christi semper in omnibus quantum eo largiente præualet, adimplere præcepta festinat. Econtra qui se carnis dederit passionibus, nequaquam spiritualiter uiuit. Inter hos nanque medij sunt, qui nec spiritualiter omnino nec carnaliter uiuūt, sed inter uirtutes, & uitia fluctuantes, nunc ad meliora retrahuntur, & spirituales sunt. Nunc carnis lubrico desiderio supplantantur, & carnales sunt. [Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.] Dei seruus semper fallentis diaboli debet prouidere astutias, adhibere cautelam, ne propter uanam gloriam perdat semetipsum: Ac pereant cuncta bona, quæ recte agendo obtinuerat. Optima est illa discretio, ut & nota sint opera nostra, ad dei agendam gloriam, & occulta, propter elationem, uel iactantiam cauendam humanam. Sequitur: [Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis. Considerans te ipsum, ne & tu tenteris.]

Spiritu quis uiuat.

Matth. 6

Deus

Deus enim misericors est, & patiens, nolens mortem Ezech. 18
peccatoris, sed ut conuertatur à malitia sua & uiuat.
Qui bonus est & spiritualiter uiuit, per Apostolum co
hortatur ne peccet, & manum porrigat corruenti: qui
uelut homo errore deceptus, mersus in uoraginem,
seipsum sine auxilio & adiutorio alterius non potest Infirmi
erigere. In spiritu ergo mansuetudinis benigne corri- leniter
gat delinquentem, leniterq; ad emendationem pro- corripi-
uocet: spondens salutem, ueniam repromittens. Chri- endi.
sti testimonium proferat, qui graui legis & peccato-
rum pondere depressos, ad suum iugum suaue, & leue Matth. 11
inuitat onus, ut discant quia humilis est, & mitis cor-
de, & inuenient requiem animabus suis. Sequitur: [Al-
ter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem
Christi.] Hoc onus saluator pro nobis tulit, suo nos
exemplo docens quid facere debeamus. Ipse enim ini- Esaiæ 53
quitates nostras portauit, & pro nobis doluit. De fra-
tris igitur salute nemo desperet, sed manum porrigat
decidenti, & ita per charitatem adimplet legem Chri-
sti, qui ait, Hoc est præceptum meum, ut diligatis inui- Ioan. 15
cem. Ergo qui clementiam non habet, nec indutus est Col. 3
uisceribus misericordiæ, & pietatis, quamuis spiritua-
lis sit, non adimplet legem Christi. Portat quoque fra On⁹ pro-
tris necessitatem, qui grauatum pauperem onere ege- ximi quo
statis adiuuat, & facit sibi amicos de mãmona iniquo, modo
quem post resurrectionem Christus affatur. Venite be portan-
nedicti patris mei, percipite regnum dei, quod uobis dum.
paratum est ab origine mundi. Et cætera. Vnde alibi Lucæ 16
idem Apostolus docet, scribens ad Timotheum disci- Mat. 25
pulum suum. Diuitibus (inquit) huius seculi præcipe, 1. Tim. 6
non superbire, neque sperare in incerto diuitiarum, sed
in deo qui præstat omnia abundanter, bene agere. Di
uites esse in operibus bonis, facile tribuere, communi-
care

care cum indigentibus, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futuro, ut apprehēdant ueram uitā in Christo. Sequitur: [Nam qui se existimat esse aliquid, cum nihil sit, ipse se seducit.] Qui spiritualiter uiuit, & misericordiam in proximo non habet, contemnens humilem, quia ipse sublimior est, ipse se decipit: nesciēs hanc
1. Ioan. 4. legem esse spiritus sancti, ut nos inuicem diligamus. [Opus autem suum probet unusquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero.] Et sic in semetipso habebat Apostolus gloriam, & dixit.
Gal. 6 Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quē mihi mundi amor pro nihilo est, quia mūdo mortuus sum, & deo uiuo. Nobisq́ praecipitur, ut peccantes in hac uita inuicem sustineamus, à domino ueniam postulantes, & auxilio simus alterutrum apud deum. Sequitur: [Communicet autem is qui catechizatur uerbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis.] Vt quomodo à magistris spiritualia bona percipiunt, sic magistris carnalia præbeant. [Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Bonum autem facientes non deficiamus. Tempore autem oportuno metemus non deficientes.] Largiente domino nostro Iesu Christo. Qui.

¶Domin. XVIII. Paulus ad Ephesios. capite 3.

FRatres, Obsecro uos ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

APostolicam lectionem quam audistis dilectissimi nobis intueri, & intelligere dignum uidetur. Et quid aliud, nisi quod Apostolus Ephesis scribens ait? [Obsecro uos ne deficiatis in tribulationi-

tionibus meis, quas pro uobis patior, quæ est gloria uestra] subauditur: totum enim quod patior, quod tribulor, quod coartor, uestrę salutis est causa. Quæ omnia ideo ab infidelibus sustineo, quia uobis Christi euangelium annunciare desidero. Nam tribulatio mea gloria uestra est apud deum, si in fide quam prædico firmiter permanetis, ne per pressuras quas ego pro deo meo patiar deficiatis à uera, & recta fide, & uoluntate in qua radicati estis: intelligentes me tanta absque certę spei fiducia sustinere nõ posse. Pressuræ enim quę pro deo sunt, apud incredulos pœnę sunt, apud fideles autem gloria, & uictoria. Quia uicisse aduersarios, est in angustijs non cessisse. [Huius rei gratia flecto genua mea.] Hic intelligendum est, alia esse exterioris hominis genua, alia interioris spiritualiter accipienda sunt subiectio mentis & corporis: quia qui subiectus est deo, ei flectere genua dicitur: & qui peccato subiectus est, flexisse genua dicitur peccato. Nos quoq; deo genua nostra flectamus, non diabolo in peccatis: propiciationem à domino nostrorum postulemus delictorum, adoremus eum in confessione, & in laude nominis eius humiliter ad exultationem nostram æternam maneamus. Quod si facimus, ille nos exaltat in gloriã suam, qui pro nobis humilis factus est in natura nostra, [ad patrem domini nostri Iesu Christi] essentialiter est ei, & unigenitus eius dominus noster non est ei adoptione filius, sed natura. Cætera quoque omnia paternitatis eius adoptionem meruerũt. Quicquid autem de patre dicimus, & filio, hoc sciamus similiter dictum esse de spiritu sancto. [Vt det uobis secundum diuitias gloriæ suę uirtutem corroborari, per spiritum eius in interiori homine, habitare Christũ per fidẽ in cordibus uestris. Deprecans, atque obsecrans, ut tribuat

Tribulatio fidelibus gloria est & uictoria.

Genua hominis interioris & exterioris quæ sint.

Philip. 2

buat uobis uirtutem gloriæ suæ. Id est, æternæ beatitudinis habere consortium. Vosq; roboret, atque confirmet per spiritum sanctũ in sua fide, & dilectione, quod nostrum est omnino iugiter supplicandum, quia nulla est fortitudo hominis absque spiritu sancto. Postulandum autem est, nostram mentem, & intentionem cordis in eius uoluntatis operatione uersari, dignosq; nos sua pietate fieri, ut ipse in nobis habitare dignetur. [In charitate radicati, & fundati.] Omnia enim bona, per charitatem accrescunt. Cum autem radicati, & fundati per misericordiam dei in charitate eius erimus, Christum quoque in cordibus nostris habitare senserimus, & eius beneficia diligamus: Tunc incipiamus cum cæteris sanctis, ad illa tendere quæ sequuntur. [Vt possitis comprehendere, cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, & sublimitas, & profundum.] Postquam istorum notitiam habeamus, eaq; sub pedibus nostris fecerimus, quæ despicienda sunt, ad interiora semper festinantes, tunc promerebimur ad excelsa uirtutum subleuari, atque ad alta cœlorum bonis subuolabimus meritis. Nec hoc nobis sufficit, nisi etiam omni studio nosse cupiamus quod subditur. [Scire etiam supereminentem scientiam, siue charitatẽ Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Christi.] Vt non simplex tantum charitas, sed supereminens nota sit nobis. Christus enim supereminentem scientiam suæ charitatis tribuit his, qui eam quærunt fideliter, qui in lege eius meditantur die ac nocte, qui uerba uertunt in opera, & quod ore meditantur, opere consummant. Qui autem talis est, ut dignus sit per scientiã suam habere Christi supereminentem charitatem, iste nihil debet aliud præter scientiam cogitare, atque ita implebitur in omni plenitudine dei. Non solum in præsenti, sed

Sine spiritus sancti auxilio nihil est in homine.

Ioan. 15

2. Cor. 5

1. Cor. 13

Psalm. 1

Charitatem Christi qui sciant.

ſed etiam in futuro perfectus erit in omnibus uirtutibus Christi. Quo circa fratres quã ſchalã charitatis conſtituit Christus, per quam ad cœlum omnis poſſit conſcẽdere Christianus, puram charitatis dulcedinem fortiter retinete, ipſam uobis inuicem exhibete, & in charitate proficiendo conſcendite. Inſtate operibus bonis, ut ad præmia æterna peruenire poſſitis, adiuti gratia Christi domini ſaluatoris. Qui uiuit. Charitas ſchala qua ad regnum itur.

¶ Dominica VI. menſis VII. lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Epheſios. capite 4.

FRatres, Obſecro uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione, qua uocati eſtis. Et reliqua.

Homilia lectionis eiuſdem.

IN lectione quam audiſtis fratres chariſſimi, digne nos uocatione diuina docet incedere Apoſtolus dicens. [Obſecro uos ego uinctus in domino.] Vinctum ſæpiſſime legimus Apoſtolum propter euangelium Christi, ſed melius uinctum domini eſſe in charitate Christi dicamus. Qui enim diligunt Christum, ſecundum eum ſunt uinculis charitatis ligati. Quod autem ait: [Vt digne ambuletis uocatione qua uocati eſtis.] Digne uocatione ambulare credendus eſt, qui graditur per eum qui dicit. Ego ſum uia, & non declinat ad dexteram, neque ad ſiniſtram, & euertit pedem ſuum ab omni uia mala, completq; ut in eo à domino greſſus hominis dirigantur. Sequitur: [Cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia.] Humilitas noſtra non tantum in ſermone ſit, ſed etiam in mente. Humilitas noſtra, nulla paſſione turbetur, & ſpecialiter ira, & furore nullatenus rumpatur. Talem itaque qui habuerit manſuetudinem, quam dominus ipſe promiſit, Col. 5 Epheſ. 4 Ioan. 14 Pſal. 118 Proue. 20 Matth. 5

Suppor- sit,beatitudinem consequitur. [Supportantes inuicem
tare fra- in charitate.] Suffert autem fratrem in charitate, qui
trem quis pia deuotione pauperem quantum ualet,adiuuat: Qui
dicatur. ægrotanti præbet obsequium: in tribulatione posito,
subuenit ex corde: Esurienti ad salutẽ animæ, doctrinę
suę dapes tribuit: errantẽ corrigit: nescientẽ erudit: debita dimittit: Discordes ad cõcordiã adducit. Hęc et his similia qui fecerit, suffert in charitate fratrem. [Solici-ti seruare unitatem spũs in uinculo pacis.] Per uinculũ
Pacis uinculum. pacis, in nobis unitas sanctitatis continet. Cũ uerbo cõ-paratur illud, quod dominus in euãgelio ait. Qui non
Lucæ 11 colligit mecum in unitate fidei, uel studio bonorũ operum, spargit, id est, unitatem ecclesiæ, uel congregationes iustorum, scindit in semetipso. [Vnum corpus, & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ.] Vnum enim corpus ecclesia est, ex omnibus gentibus congregata. Vnus spiritus est, per quem, et in quo constat ipsum corpus ecclesiæ esse collectũ, et stabilitum. Nos ergo qui membrum corporis huius su-
Ab ecclesiæ unitate quid abscindat mus caueamus, ne per opera tenebrarum & malitiæ abscidamur ab unitate ista: Sed puro corde, & syncera mente, integra fide, in spe uocationis nostræ maneamus, id est spe regni cœlestis. Seruat ergo unitatem spiritus in uinculo pacis, & in uno corpore manet et spiritu, qui non rapitur omni uento doctrinæ: Neq; in morem stulti, quasi luna mutatur: nunc diabolo seruiens, nunc deo. Habeat ergo unusquisq; nostrum unum corpus bonorum operum, & carnem suam deo templum exhibeat, & in uno spiritu eadem semper die & nocte perquirens. In una spe uocationis, & nequaquã de repromissionibus ambigat, sed in resurrectione & resti-
1. Cor. 15 tutione omnium, simulq; et in beata remuneratione solida mente confidat. [Vnus dominus, una fides, unum
bapti-

baptiſma.] Quia patris, & filij, & ſpiritus ſancti dominatio una eſt, & una ſubſtantia, una maieſtas: Propterea & fides una dicitur, quia ſimiliter in patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum credimus. Vnum baptiſma. Eodem enim modo in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti baptizamur, & ter mergimur, ut trinitatis unum appareat ſacramẽtum. [Vnus deus, pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.] Super omnes enim eſt deus pater, qui autor eſt omniũ. Per omnia filius, qui cuncta præcellit. In omnibus ſpiritus ſanctus, quia nihil abſque eo eſt. Ipſe enim credẽtibus datur, eiusq; templum uocamur, & ſumus, & per eum pater, & filius habitant in nobis. Senſus noſter fratres una fides eſt, una charitas, unanimitas, una ſanitas eſt. Teneamus charitatem, tanquam ſanitatem. Itaque gaudeamus, & qui nos per charitatem accepit deo gratias referamus, & nos per concordiam charitatis, quaſi uera, & perfecta membra illius, abſq; ullo dolo malitiæ, uel inuidiæ, omnes homines ſicut nos ipſos amantes, ut cum ipſo apparere mereamur in gloria. Præſtante.

Fides una quare dicatur.

Marci 16

Matth. 28

1. Cor. 6.

¶Feria IIII. in menſe VII. lectio Amos prophetæ. capite 9.

HAec dicit dominus. Ecce dies uenient, & comprehendet arator meſſorem, & calcator uuæ mittentem ſemen. Et ſtillabunt montes dulcedinẽm, & omnes colles culti erunt. Et reliqua.

Homilia lectionis eiuſdem.

AD deuotionem fidelium dilectiſſimi, nihil eſt quod prouidentia diuina non adiuuet. Siquidẽ exercendis ad ſanctimoniam mẽtibus, atq; corporibus, ipſa quoq; elemẽta mundi famulantur: Dum dierum ac menſium diſtincta, ac uariata diſſolutio,

quaſdam nobis paginas aperit myſteriorum, ut ſacra præſentis lectionis demonſtrant eloquia. Dicit enim dominus per prophetam: [Ecce dies uenient,& comprehendet arator meſſorem,& calcator uuæ mittentem ſemen.] Quamuis propheta de abundantia iſta dixerit, tamen labores ſanctæ eccleſiæ uult intelligi, per quos fideles in eccleſia ſudant. Arator enim prędicator ſancti euangelij poteſt intelligi, qui diuinæ legis doctrina, ſcindit corda incredula: Seu per terrorem æterni ſupplicij, uel etiam per lenitatem æternæ beatitudinis, quam fidelibus per bonæ operationis ſtudium demonſtrat inquiri. Comprehendet enim talis arator meſſorem, cum & laborem, per quem perpetua bona fideles poſſunt adipiſci, depromit, & eis retributionem æternæ beatitudinis, ſtatim pro laborum ſuorum pro mittit certamine. Calcator eñ uuæ, ipſe dominus Chriſtus intelligitur. Vt alibi ait per prophetam: Torcular calcaui ſolus. Id eſt, ſolus ſine debito, ſuſtineo paſſiones pro mundo: Siue etiam alij fideles Chriſti, in eccleſia preſſuras, & tribulationes huius mundi pro domino ſuſtinentes, poſſunt accipi: Qui aliquando ſuis meritis prædicatores, id eſt, ſeminarios dei uerbi præcedunt, & potiora cœleſtis regni præmia conſequuntur. Sequitur: [Et ſtillabũt montes dulcedinem.] Ipſi bonæ operationis ſtudioſi uiri, propter altitudinem beatæ uitæ, qua uiuunt in eccleſia, montes dicuntur, qui dulcedinem ſanctę conuerſationis quaſi ſtillas lucidiſſimas fundunt, alijs prædicando. [Et omnes colles.] Id eſt, hi etiam qui minoribus in eccleſia quam alij uirtutibus fulgent, imitatione digniſſima excoluntur. Quicunque autem merito uirtutum ſuarum ad montana, id eſt, ad altiora contenderint, mellis dulcedinem ſtillabunt, dum alijs uiam ſalutis demonſtrant dicentes.

Gu-

Prædicator dicitur arator.

Mat. 25

Calcator uuæ Chriſtus eſt.

Eſaiæ 63

Mat. 21

Montes in eccleſia qui dicantur.

Gustate,& uidete,quoniam suauis est dominus,beatus Psalm. 33
uir qui sperat in eo. Cumq; hæc omnia isti montes,&
colles fecerint:tunc ipsos dominus plantabit super ter
ram suam,de qua dicitur. Credo uidere bona domini, Psalm. 26
in terra uiuentium, & de qua dicitur in euangelio:Bea Matth.5
ti mites,quoniam ipsi possidebunt terram, id est,regni
cœlestis possidēt gaudia sempiterna.Sed quia magna-
nimitas ista paucorum est,& plena pietatis est,ut suo- 1.Tim.5
rum curam quisq; non deserat: Nos perfectiores non
præiudicātes.Ea nos regula generaliter cohortamur,
ut mandatum dei secundum mensuram uestræ possibi
litatis operemini. Hilarem enim esse beneuolentiam 2.Cor.9
decet,quæ sic suam temperet largitatem,ut de illa pau
perum refectio gaudeat, & domestica sufficientia non
laboret. Qui autem ministrat semen seminanti,& pa
nem ad manducandum præstabit, & multiplicabit se- 2.Cor.9
men uestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ
uestræ. In quo opere dilectissimi,hi etiam qui ab epu-
larum delectatione se continent, fructus sibi debēt mi
sericordiæ comparare,ut quod abundantius seminaue
runt,copiosius metant. Non enim unquam agricolæ
suo seges ista mentitur, aut incertam spem habet ope-
ris cultura pietatis. Quicquid hoc modo serentis ma-
nu spargitur,non æstus urit,non torrens distrahit,non
grando prosternit,incolumes semper sunt omnes pie-
tatis expensæ. Nec solum integræ manent,sed & mo-
do augentur,& qualitate mutantur. De terrenis cœle-
stia prodeunt, de prauis magna gignuntur, & tempo
rale donum in præmium transit æternum.Per domi-
num nostrum Iesum Christ.

Pietatis expensæ securę manent.

¶Feria VI. lectio Oseæ prophetæ, capite 14.

HAec dicit dominus deus. Conuertere Israhel ad

dominum deum tuum,quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite uobiscum uerba,& conuertimini ad dominum. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

OMnis dilectissimi diuinorum eruditio præceptorum, hoc maxime agit apud corda credentium,ut amor prauus recto amore superetur,et delectatione iustitiæ peccandi cupiditas destruatur. Vnde per Osee prophetam nos dominus in præsenti admonet lectione,ut audiuit dilectio uestra. [Conuertere Israhel ad dominum deum tuum,quoniam corruisti in iniquitate tua.] Israhel enim anima uidens dominum,uel uir uidens deum interpretatur. Ex quo intelligitur omnis homo Christianus,qui domini dei sui gloriam cum lætitia, & gaudio cernere cupit, ut nunc in presenti tempore se conuertat citius à malitia sua,ut inueniat deum,& ab eo misericordię ueniam consequatur. Derelinquat unusquisque iniquitatem suam,ne subito ueniens dies extremus,pereat dilatio,& restet damnatio. Perire non uis,redi ad dominum,& uiue. Noli desperare de uenia peccatorum,quia cum te conuerteris, delet dominus omnes iniquitates tuas. Nec de uita longa confidas, quia nusquam in serie ueteris, ac noui testamenti promissus est tibi dies crastinus. Festinare debet ad deum unusquisque, dum potest conuertēdo,ne si dum potest noluerit,omnino cum tarde uoluerit non possit. Neque enim tunc ueniam inueniet, qui modo aptum uenię tempus perdidit. Ibi iam à deo non potest promereri quod petit,qui hic noluit audire quod iussit. Ideo sequitur: [Tollite uobiscum uerba,& conuertimini,] id est,in memoria habete semper dei præcepta,& uerba comminationis,atque lenitatis eius. Timete nunc asperitatem uerborum illius, & con-

Gloriam dei qui uidere auet: quid facere debeat.

Esaiæ 43

Actu.3

2.Cor.6

& conuertimini ab impietatibus uestris,ne tunc timea Matth.16
tis iudicium supplicij,quando reddet unicuique secun- Rom.2
dum opera sua:& tunc lenem,et desiderabilem uocem illius,cum sanctis & electis suis audire mereamini. Ve Mat. 25
nite benedicti patris mei,percipite regnum,quod uobis paratum est ab origine mundi. Sequitur: [Dicite ei. Aufer omnem iniquitatem] per puram, & ueram confessionem,[& accipite bonum,] Remissionem omnium peccatorū uestrorū. Magnopere eñ desiderat diabolus,ut peccata nostra minime confitentes, rei ante tribunal æterni iudicis appareamus. Deus enim misericordiæ econtrario uult,ut omnia mala nostra humiliter confiteamur in hoc seculo,ut ab eis liberare mereamur in futuro. Vnde subiungitur: [Et reddemus uitulos labiorum nostrorum.] Id est,mactemus nos hostiam deo,per confessionem malorum quæ fecimus,digne flendo,& lamentando iniqua quę perpetrauimus, ut acceptum sit deo sacrificium orationū nostrarum.

Confessionem peccatorum quare diabolus odiat.

Rom. 12

Sacrificium [Assur non saluabit nos.] Id est, elatio carnis , magis deijcit confidentes in se , atque perimit, quam saluat,quia Assur elatio interpretatur . Vnde & Hieremias ait:Maledictus homo qui confidit in homi Hiere. 17
ne, & ponit carnem brachium suum . Benedictus autem qui confidit in domino , & erit dominus fiducia eius. [Super equum non ascendemus,nec dicemus ultra dij nostri opera manuum nostrarum.] Non enim confidere debemus in uanitatibus huius seculi, quæ omnia sicut fumus deficient,& decipient confidentes in se:Qui sicut equus sunt sine intellectu rationabili,post idola uana & surda declinantes , quorum deus uenter Philip. 3
est,et gloria in confusione ipsorum,quorum finis interitus , & perditio sempiterna . Qui autem in domino sperant , & in eius misericordiam fiduciam suam po-

nunt, & in corde humili deuotaq; subiectione deum quærunt, & omnia opera sua eius pietati attribuunt: salutem & miserationem à domino recipient. Abstinendum est itaque dilectissimi, ab his quæ nobis noxię
Rom.7 blandiuntur: & lex peccati, id est, mala consuetudo, quæ est in membris nostris dei lege mortificanda est. Et licet per omnes corporis sensus multæ insidientur illecebræ, animus tamen cuius summum bonum deus est, inter castas spiritualesq; delitias in agnitione dei, & in opere uoluntatis eius, atque in ueritatis luce uersetur. Quia laudabilius est inter prohibita atque permissa desiderare semper, atque sperare cœlestia, quam amare terrena. Vt autem in hoc profectu animus religiosus excellat, & ius suæ dominationis obtineat subigendo corpori, castigatio est adhibenda ieiunij. Quod licet generali nomine, ad omnem continentiam pertinere uideatur, proprie tamē ad edendi diminutionem refertur, ut profit nunc uoluntate non sumere, quod ab initio, contra uetitum nocuit usurpasse. Et sicut illi concupiscentia fuit uulneri, ita hic abstinentia fuit saluti. Cui medicinę dilectissimi cum tempus omne sit congruū, hoc tamen habeamus aptissimum, quod & apostolicis, & legalibus institutis uidemus electum. Vt sicut in alijs anni diebus, ita in mense septimo spirituali bus nos purificationibus emundemus, in omnibus bonis studijs, oratione scilicet, & eleemosyna, atque ieiunio. Præstabitur nobis à misericordiæ deo, & cohibitio cupiditatum, & exauditio precum, & remissio peccatorum. Per dominum.

lectio Zachariæ prophetæ. cap.8.

IN diebus illis. Factum est uerbum domini ad me dicens: Hæc dicit dominus exercituum. Sicut cogitaui ut affligerem uos, cum ad iracundiam me prouocassent

cassent patres uestri, & non sum misertus, sic conuersus cogitaui in diebus istis, ut benefaciam Hierusalem & domui Iuda. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

OMni quidem tempore aptum est testamento ueteri, nouoq; conueniens, ut per castigationem corporis, misericordia diuina quæratur: Quia nihil est efficacius ad exorandum deum, quam ut homo ipse se iudicet, & nunq̃ declinet à uenia postulanda, qui scit se nunquam esse sine culpa. At nunc propheticam lectionẽ Zachariæ indagare curemus. [Hęc dicit dominus exercituum. Sicut cogitaui, ut affligerem uos, cum ad iracundiam prouocassent me patres uestri, & non sum misertus, sic conuersus cogitaui in diebus istis, ut benefaciã Hierusalem, & domui Iuda.] Super ecclesia autem, et super unoquoque credentium sic potest intelligi. Quod persecutionis tempore dimissi sunt à deo ad tempus, ut probatiores existerent: Si in tribulationibus, & in angustijs afflicti, in deo firmiter perseuerarẽt, & in fide nominis eius ueraces existerent ueritatis defensores, & quotidie in sancta euenit ecclesia, quod propheta prædixerat: Quia cum aliquibus à iustitia decedentibus irascitur per peccatum, & cum iterum reuertuntur, & egerint pœnitentiam ex his de quibus offenderant, deus illis miseretur iterũ. Et beneficia præstabit Hierusalem, quæ uisio pacis intelligitur, & domui Iuda, id est, confitentibus deum. Eos dicit qui propter ruinam de regno eiecti, iterum per confessionem & per dignam emendationem, castigationemq; mentis, & corporis sui, simul & per studiũ rectæ operationis ad æternę pacis uisionẽ festinant. Similiter qui propter uitia sua eijciũtur de ecclesia, & traduntur in tribulationes istius mũdi Satanę, id est, cõtra

[Margin: 1.Cor. 11 / 1.Ioan. 1 / Lucæ 17 / Ezech. 18 / Lucæ 15 / Qui sint quorum deus miseretur.]

1.Tim.1 rietati corporalis delectationis,ut discant non blasphe
mare,cōdigne si egerint pœnitentiam, reuertuntur in
pristinum ecclesiæ statum,uidebuntq; pacem dei,& cō
fessionis suæ prēmia possidebunt. [Hæc sunt ergo uer
Ephesi.4 ba quæ facietis: loquimini ueritatem unusquisque cum
proximo suo.] Proximum enim, hic omne genus hu-
Matth.23 manum accipiamus, quia ex uno sumus parente gene
rati, uel quia unum habemus deum, & patrem in cœ-
Fratres lis,& quia Christi fratres sumus per gratiam,& mise-
Christi su ricordiam dei,ex una matre, id est, ecclesia renati, &
mus. dei filij sumus effecti,Hoc idem et Apostolus loquitur,
Ephesi.4 ut deponamus mendacium,& loquatur ueritatē unus-
quisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem
membra.Sequitur: [Veritatem inquit,& iudicium iu-
dicate in portis uestris.] In iudicio primo sit ueritas,
atque iustitia,deinde sequatur misericordia.Hoc est ēm
pacis iudicium, ut propositum habeat iudex pacifica-
Matth. 5 re discordes, iuxta euangelium. Beati pacifici, quoni-
am filij dei uocabuntur. Quod dicit autem in portis
Iudicia uestris. Notādum,quia apud Iudæos locus erat in por
olim in tis iudicandi,ne cogerentur agricolæ intrare urbes,&
portis fie aliquid subire dispendium: Iudices in portis residebāt,
bant. ut tam urbanos quam rusticos in exitu & introitu au-
dirent,& finito negocio unusquisque ad sua propria re
Matth.5 uerteretur. [Et iuramentū fallax ne diligatis.] Quod
& ipsum præcepit in euangelio. Ego autem dico uo-
bis,non iurare omnino,sed sit sermo uester est est,non
non. Qui enim non iurauerit, nunquam poterit periu
Exod.20 rare: qui autem iurat, audiat illud quod scriptum est.
Ioan.16 Non assumes nomē domini dei tui sup uana. [Omnia
hæc sunt quæ odio dicit dominus. Veritatem tantum
& pacem diligite.] Quod si fecerimus,omnis tristitia
nostra uertetur in gaudium sempiternum.

¶Do-

¶Dominica. Paulus ad Corinhios.
18 post pent. 1.Cor.1.

FRatres, Gratias ago deo meo semper pro uobis in gratia dei quæ data est uobis in Christo Iesu. Et reliqua:

Homilia lectionis eiusdem.

BEatus Apostolus Paulus in presenti lectione gratias deo refert omnipotenti pro fratribus, qui integram in corde Christi fidem seruabant, ut audiuit dilectio uestra. [Gratias inquit ago deo meo semper pro uobis, in gratia dei quæ data est uobis in Christo Iesu.] Exultat & lætatur pro Corinthijs, quia eos in fide repperit Christi, eosq; laudando prouocat ad profectum, & dicit se gaudere quidem de eorum scientia, sed tamen scire debere, quia uera sapientia non inflatur, neq; à uera fide dissentit in aliquo. Vnde subiungitur. [Quia in omnibus diuites facti estis in illo.] In omnibus igitur uirtutibus diuites facti sunt per sapientiam dei, quã uera fide & dilectione meruerunt. Hic ostendit eos qui non iuste conuersantur in uacuum laborasse, quamuis gratiã dei se percepisse confidant, quia sine fide impossibile est placere deo. [In omni uerbo & in omni scientia.] Qui in spe, fide, & charitate ambulant diuites sunt, in omni bono, in omni scientia noui & ueteris testamenti. [Sicut testamentũ Christi confirmatum est in uobis.] Illud est, quod in euangelio ait: Quia omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. [Ita ut nihil desit uobis in ulla gratia.] Qui enim fide recta, & operibus iustis, dei sapientiam promeretur, nihil ei deesse poterit, quia dei sapientia ipse dei filius est. Ergo qui digna uersatione promeretur dei filium in se manere, omnibus bonis est diues.

Scientia uera non inflatur.

Heb.11

Matth.5

Christiano uero nihil dee.

Sapien.7 Vt ait Salomon: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Vnde dilectiſſimi omni ſtudio feſtinare neceſſe eſt, ut bonis operibus, in caſtitate cordis, & corporis, in patientia, in manſuetudine, in pietate, in uera & humili confeſſione, in ſpe firma, in fide recta, in charitate ſyncera præparemus deo habitaculū in cordibus noſtris: ut ipſe in nobis manere dignetur, & nos in charitate eius perfecta manere mereamur. Et hoc pleniter in obſeruatione mandatorū eius promereri debemus, ut ipſe ait: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Vnde de his quoque ſubinfertur: [Expectantibus reuelationē domini noſtri Ieſu Chriſti.] Ille uero digne, & intrepide expectat aduentum domini, (id eſt, uocationis ſuæ ſpiritus ut redeat ad deum qui dedit illum,) qui in omnibus præparatus eſt. Quapropter conſideret unuſquiſque conſcientiam ſuam, & ſi dignum ſe tanto iudici occurrere ſentiat, gaudeat, & ſummo certamine caueat, ne corruat, aut delabatur in aliquod peccati contagiū. Sed potius in omni bono quotidie cum dei adiutorio proficere contendat. Qui aūt ſe emendatione dignum ſentit, exurgat per pœnitentiam, & reuiuiſcat per confeſſionem puram, lauetq; ſe lachrymarum fonte, & ungat faciem ſuam largitate eleemoſynarum. Eijciat de corde ſuo uenenum peccati, & recipiat ſalubre remedium perfectam charitatem Chriſti, quę omnium operit multitudinem peccatorum. Cogitet unuſquiſque talem ſe nunc bonis operibus præparare, qualem ſe uoluerit domino ueniente præſentari. Humiliamini ſub potenti manu dei, ut uos exaltet in tempore uiſitationis, omnem ſolicitudinem ueſtram proijciētes in eum, quoniam ipſi cura eſt de uobis. Conuertimini ad eum, &

Habitaculū deo opt. max. quomodo paretur.

Ioan. 14

Eccleſ. 12

Aduentum domini quis digne expectet.

Matth. 6

Proue. 10

1. Pet. 4

1. Pet. 5

& ipse reuertetur ad uos. [Qui & confirmabit uos usque in finem sine crimine in die aduentus domini nostri Iesu Christi.] His igitur dilectissimi cohortationibus, quibus ad bona incommutabilia, & ad gaudia inuitamur æterna, plenæ sunt omnes diuinarum paginæ literarum. Et hoc nos monet testamenti utriusque doctrina, ut inhæreamus ueris, & contineamus nos à uanis. Non enim apprehenditur quod promittitur, nisi custoditum fuerit quod iubetur. Largiente deo domino nostro. Matth. 19

¶ In festo sancti Michaelis, lectio libri Apocal. capite. 12.

ET factum est prælium magnum in cœlo, Michael & angeli eius præliabantur cum dracone. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

VEneranda solennitas quam hodie celebramus dilectissimi fratres, dedicatio est ecclesiæ sancti archangeli Michaelis in mõte Gargano, quam ipse sibi archangelus in terra constituere dei uirtute dignatus est, et suo sacratissimo consecrare aduentu, ut legimus. Nam & signum aduentus eius ibidem multa et innumerabilia uirtutum dei miracula illic gesta demõstrant, etiam & uestigia illius marmori impressa in eadem ecclesia hoc testantur, & noua adhuc sæpissime signa sanitatum denunciant. Quod diuina dispensatione gestum creditur, ut ipse summus angelus qui in cœlo est hominum assiduus apud dominum suffragator, eius etiam in terris homines mererentur auxilium. De quo lectio præsens retulit, ut audiuit dilectio uestra. [Et factum est prælium magnum in cœlo, Michael & angeli eius præliabantur cum dracone.] Cœlum hic ecclesiã significat, in qua Michael archangelus cum ange-

Angeli apud deum nobis seruiunt.

Apocal. 8

angelis suis contra diabolum pugnare dicitur, quia secundum dei uoluntatē pro peregrinante ecclesia orando & adiutoria ministrando confligit. Quem & Daniel in nouissima grauissimaq́ʒ pressura quam ecclesiæ sanctæ irrogabit suis temporibus Antichristus, in auxilium esse uenturum narrat. Vnde ab eo quidam putāt Antichristum esse perimendum. Vnde sequitur: [Et draco pugnabat & angeli eius.] Angeli Satanæ sunt non illi tantum qui ei natura sunt similes et uoluntate, sed & homines eorum laqueis irretiti angeli eius sunt

Matth. 16 intelligendi. [Et non ualuerunt.] Scilicet toto tempore non prænalent ecclesiæ dei nocere, sanctorum impediti angelorum auxilio, meritis simul & orationibus iustorum, sanctorumq́ʒ hominum. Absit tamen ut credamus diabolū cum angelis suis in cœlo ausum esse

Iob 1. et. 2 pugnare, qui in terra unum Iob tentare non ausus est,

Marci 5 nisi permissus à domino: Etiam cum non in porcos au

Lucæ 8 sus erat intrare, nisi permittente domino, ut in euan-

Matth. 8 gelio legimus. [Neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo,] id est, in hominibus sanctis qui propter altitudinem uirtutum cœli sunt appellati: Per eiectio-

Diabolus uocatur draco. nem immundorum spirituum quia credentes semel expulsis dæmonijs, amplius eorum non obtemperant uoluntati. [Et proiectus est ille draco magnus in terram.] Anguis antiquus qui dicitur diabolus et satanas & angeli eius cum eo, de cordibus expulsi fidelium, proiecti sunt in terram, id est, in eos qui terrenis & carnalibus desiderijs seruiunt, & totam suam spem non in domino: sed in mundi desideria ponunt. In qua terra pedibus sanctorū conteritur, sicut scriptum est. Super aspidem, & basiliscum ambulabis. [Et audiui uocē magnam de cœlo dicentem. Nunc facta est salus, & uirtus, & regnum deo nostro, & potestas Christi eius.]

Eui-

Euidenter ostenditur, in quo cœlo ista fiant. Apud dominum enim semper fuit uirtus, & regnum & potestas filij eius. Sed in ecclesia sancta per uictoriam Christi qua diabolum superauit, salus est æterna omnibus credentibus, et in dei uoluntate persistentibus reddita, uirtusq; superandi uitia & peccata, atque diabolica tentamenta, & regnum, quo ab iniustitia atque malitia semotos possint semetipsos regere homines, & desideria carnis comprimere, & potestas hominibus data, siue peccato consentire ad mortem, siue Christo ad uitam æternam. De qua etiam ipse potestate in euangelio ait: Data est mihi omnis potestas, in cœlo, & in terra. Non hæc ipsa quam semper habuit, sed quam in ecclesia, id est, in fidelibus suis ex tempore quo ipse uoluit, tanquam caput in membris habere cœpit. Sequitur: [Quia abiectus est accusator fratrũ nostrorum.] Congratulantur angeli saluti fratrum suorum, id est, conciuium suorum sanctorum uidelicet hominum in hoc mundo peregrinantium. [Qui eos accusabat ante conspectum dei nostri die, ac nocte. Vicerũt illum igitur] Christi fideles [propter uerbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas usque ad mortem.] Christum magis, quam semetipsos amantes. Cuius passione & morte tantam meruerunt ex inimicis uictoriã. [Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis.] Nunc autem dilectissimi secreta cordis nostri rimemur, & quibus rebus aut contristetur anima nostra, aut gaudeat, iusto discutiamus examine. Ac si quis amor uanæ gloriæ, si qua radix auariciæ, si quod inest uirus inuidiæ, si qua forma luxuriæ, totum citius per confessionem, & pœnitentiam, eleemosynarumq; largitatem purgetur: Et mens atque uoluntas nostra uirtutum intentæ delicijs, cælestes epulas terrenæ præferant uoluptati.

Ioan. 12
Ioan. 16
Mat. 28

Agno-

Agnoscat homo sui generis dignitatē, factumq́ꝫ se ad
Gene. 1 imaginem, & similitudinem creatoris intelligat. Nec
ita de miserijs quas per peccatum illud maximum Adę
incidit, paueſcat, ſed pleniter ſe ad miſericordiam ſui cō
Leuí. 11 ditoris attollat. Ipſe enim dicit: Sancti eſtote, quia ego
ſanctus ſum, hoc eſt, me eligite, & de his quæ mihi diſplicent, abſtinete. Facite quod amo, amate quod facio.
Et cum uidetur difficile eſſe quod iubeo, ad iubentem
recurrite: Vt unde datur præceptum, præſtetur auxilium. Nos igitur beatiſſimi Michaelis archangeli, ſuffragijs commendemus, cuius nos meritis, & precibus
credimus adiuuandos. Vt miſericordiæ dei noſtra deuotione placeamus. Per domin.

¶Dominica Paulus ad Epheſios.

19 capite 4.

FRatres, Renouamini ſpiritu mentis ueſtræ, & induite nouum hominem qui ſecundum deum creatus eſt, in iuſtitia, & ſanctitate ueritatis. etc.

Homilia lectionis eiuſdem.

LEctionem diuinam quę ueſtris auribus inſonuit fratres dilectiſſimi, intento corde, & ſolicita mente conſiderare debetis, ſi ad æternæ uitæ gaudia
peruenire deſideratis. Ait nanque Apoſtolus: [Renouamini ſpiritu mentis ueſtris.] Ac ſi aperte diceret. Si
enim ad æternæ uitæ renouationem, id eſt, ad æternæ
immortalitatis beatitudinem peruenire cupitis, omnia
tentamenta diaboli, quaſi uenena mortifera, pura con
feſſione, cum omni uetuſtiſſima ſorde malorum operum, uel cogitationum de cordibus ueſtris abluite, &
Lucæ 5 ſic renouati ab omnibus malis, condigno fructu pœ-
Matth. 5 nitentiæ, dignum deo habitaculum præparate in cordi
bus ueſtris. [Induite nouum hominem, qui ſecundum
deum creatus eſt, in iuſtitia, & ſanctitate ueritatis.]

Ac ſi

Ac si aperte diceret. Quia enim nos membra sua dominus ipse, qui caput est nostrum, per passionem mortis suæ ad æternam nostræ salutis reparationem preciofo suo sanguine redimere dignatus est, necesse est, ut omnia membra suo capiti summa studeant adhærere deuotione, ut deponant omnem malitiam, & omnē dolum, & nouo capiti Christo, noua sequantur membra, quia omnes iniqui, & impij, quousque in malitia perseuerāt, membra sunt diaboli uetustissima, sicut sancti & iusti membra sunt Christi noua. Unde bene sequitur in eadem lectione. [Propter quod deponentes mendacium, loquimini ueritatem unusquisq; cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Irascimini & nolite peccare.] Ac si diceret. Si autem aliquis uestrum pro alicuius delicto irascitur, non ipsum odiet delinquentem, sed delicta sua atque peccata usque ad emendationem in fratre, uel proximo suo odire non desinat, quod magis charitas, quam odium esse declaretur: quia charitas odit omne malum, & diligit omne bonum. [Sol non occidat super iracūdiam uestram.] Hoc enim in omnibus ubique scripturis sancta lex, & scriptura docet: Ne cum iracundia cōtra fratrem suum quis se somno subijciat, antequā cum proximo uel fratre reconcilietur, quia incerta est unicuique hora uocationis suæ. [Nolite locum dare diabolo.] Maximam cautelam opposuit Apostolus cum dicit. [Nolite locum dare diabolo.] Ac si diceret. Nolite seductionibus acquiescere diaboli, quoniā ipse mille habet artes nocendi. Ideoq; necesse est unicuique Christiano, contra callidi hostis tentamenta, undique se sancta ac diuina munire gratia, & nunquam se ab eius auferre protectione, sed eius semper implorare gratiam, quatenus sua gratuita misericordia in laude, et opere dei unumquen-

1.Cor.6
1.Pet.1
Membra capiti esse debent unita.
Col.3
Boni mēbra sunt Christi, mali autem diaboli.
Charitas odit malum, diligit bonū.
Mat. 24
Lucæ 21
Marci 13
Diabolus mille habet nocendi artes.

quemque custodire dignetur. Vnde bene adiecit Apostolus. [Qui furabatur, iam non furetur.] Ac si diceret. Diabolus qui cũ sua uersutia semper circuit ut leo,
1.Pet.5 quærens quem decipere possit, uel à fide recta, atque operibus bonis, Christo possit furari. Vos autem qui per gratiam dei liberati estis, à potestate diaboli, non iterum iniquis operibus eius consentiendo, suggestionibus & potestati eius uos subijciatis, sed magis bona uoluntate, in sanctitate, & iustitia seruientes, contendite ei retribuere bona sua, quæ uobis impartire dignatus est, & qualia pro uestra salute in semetipso sustinuit, ut sua gratia protegente, diaboli possitis astutias superare. Aliter: [Qui furabatur.] Nunquam amplius furtum faciat, uel rapinam, uel quisquis usque nunc abstaxit semetipsum à deo, siue in fornicatione, siue in furto, siue in quolibet peccato: certamẽ habeat maximum in semetipsum, nunc dum tempus est appropinquare deo, & reconciliari patri suo, humili, ac pura confessione in fructu pœnitentię, & in perseuerantia bonorum actuum. [Maxime autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patientibus.] Nosse enim oportet omnem hominem Christianum, quia omnis oblatio cum iniquitate
Eccle.24 acquisita, abominatio est ante deũ. Non enim accepta-
Tobiæ 4 bile est deo, si quis offert uel pauperibus, aut peregrinis, uel hospitibus, uel infirmis, quod cum iniquo labore, uel cum iniusto negocio acquiritur. Ita deo omnipotenti nihil quod iniuste, aut dolo conquisisti, acceptabile fieri potest. Ideo monet Apostolus: Vt quod cum labore manuum nostrarum acquirere ualemus, hoc necessitatem patiẽtibus offeramus. Nos enim fratres charissimi cogitantes periculum nostrum, paterna uos solicitudine admonemus. Si nos libenter auditis, & ope

re ipsa

re ipsa monita adimplere satagitis, & uobismetipsis maximum,& nobis perfectum agitis gaudium,& uos feliciter ad æternam beatitudinē properatis: Ipso præstante. Qui uiuit.

¶Dominica. Paulus ad Ephesios.

xx capite 5.

FRatres, Videte itaque quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapiētes. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

APostolū cū legeretur epistola dicētem audistis. [Non quasi insipientes, sed ut sapientes.] Vnde exercitatos monet habere sensus ad discernendum bonum,& malum. Probantes omnia,& quæ bona sunt uehementissime retinenda, mala autem certissime fugienda. Qui autē uidet quomodo caute ambulet, & quam caute figat gradum, ne forte offendat in aliquo opere iniquitatis pedem suum, potest dicere cum Psalmista. Lucerna pedibus meis uerbum tuum domine, & lumē semitis meis [Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.] Dies malos facit malitia hominum, & miseria, quæ pro peccatis acciderit hominum. Nemo autem huius mundi quærens implere desideria, potest sibi tempus redimere. Nos autem tēpus redimimus, id est, in bonis, et sanctis operibus cōmutamus illud de malo in bonū, & dies malos quos alij in luxuria,& auaritia, comessatiōe, et ebrietate transigūt, nos à talibns & his similibus malis abstinendo, in castitate uitæ & continentiæ uertamus in bonos,& facimus illos non præsentis seculi, sed futuri. [Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas dei.] Scrutemur legem dei, in qua eius uoluntas agnoscitur. Petamus à deo sapientiam diuini elo-

1.Tess. 5

1.Ioan.4

Psal.118

Redimere tempus quid sit.

Voluntas dei eius le

ge agno- quiꝗ,ut ſcire mereamur quid ſit uolūtas dei. Non enim
ſcitur. poſſumus caute ambulare, niſi prius intelligamus uo-
Iacobi 1 luntatem dei,& opere adimplere feſtinemus. [Et no-
1.Ioan.2 lite inebriari uino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini
Matth. 6 ſpiritu.] Sicut enim nō poſſumus duobus dominis ſer
uire,deo,& mammonæ,ſic non poſſumus pariter im-
Gal. 5 pleri ſpiritu ſancto,& uino. Qui enim ſpiritu ſancto
impletur,habet prudentiam,manſuetudinem,uerecun
Ebrieta- diam,caſtitatem. Qui autem uino repletur,habet inſi-
tem quæ pientiam,furorem,libidinem,quod uno uerbo intelli-
mala ſe- gitur dixiſſe luxuriam. [Loquentes uobiſmetipſis in
quantur. pſalmis,& hymnis,& canticis ſpiritualibus,cantantes,
& pſallentes in cordibus ueſtris domino.] Qui ſe ab-
ſtinuerit ab ebrietate in qua eſt luxuria,& ſpiritus ſan
cti dono ſtudet repleri,& continentiæ,iſte poteſt ſpiri
taliter accipere pſalmos,hymnos & cantica. Pſalmi au
Canere tem proprie ad corpus referūtur, ita ut per organum
pſalmos corporis quid faciendum quidue uitandum ſit,noueri-
hymnos mus. Hymni autem dicendi ſunt, qui fortitudinem,&
cantica. maieſtatem dei prædicant,& eius ſemper beneficia,be
nefacta mirantur,quod omnes pſalmi continent,qui-
bus alleluia,uel ſubiectum,uel præpoſitum eſt. Qui ue
ro de ſuperioribus diſputant,id eſt,de cœleſti,& ange-
lica uita,& contemptum mundi,omniúmque creatura
rum ordinem, atque concordiam ſubtilius ediſſerunt,
iſti ſpiritale canticum canunt. Canere igitur,& pſalle-
re, & laudare deum, magis animo quam uoce debe-
mus. Hoc eſt quippe quod dicitur: [Cantantes, &
pſallentes in cordibus ueſtris domino.] Audiant hoc
Cantan- adoleſcentes,audiant hi quibus pſallēdi in eccleſia offi
dum deo cium eſt, deo non tam uoce quam corde eſſe cantan-
corde & dum,& ipſa eſſe cantica in timore,& opere debere,&
uoce. in ſcientia ſcripturarum, quia ſi bona opera,uel uerba
can-

cantor habuerit, dulcis apud deum cantus est. Sic enim cantet seruus Christi, ut non uox cãtantis, sed ipsa uerba cantantis melius ędificent andientes. [Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, deo & patri.] Necesse est omni Christiano, ut in omnibus quæ sibi acciderint, deo gratias agat, non tantum pro bonis & prosperis, sed etiam de aduersis, & quæ contra suam eueniunt uoluntatem, in dei laudem semper mens læta prorumpat, & dicat. Sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Magna hæc uirtus est, ut in ipsis periculis, atque miserijs, quæ nobis contigerint, deo gratias referamus, & semper dicamus. Benedictus deus. Minora me scio sustinere, quàm merear. Hæc contra mea peccata, parua sunt, nihil dignum mihi redditur. Hic animus Christiani est, & hic tollit crucem suam, & sequitur saluatorem: [Subiecti inuicem in timore Christi.] Audiant hæc episcopi, presbyteri, omnis quippe ordo doctorum, subiectis suis esse subiectos, imitantes dicẽtem Apostolum. Cum enim essem liber omnium, omnibus me seruum feci, ut omnes lucrifacerem. Et in alio loco. Per charitatem seruite in inuicem. Vnde & ipse eadem charitate omnibus seruiuit ecclesijs. Saluator quoque ipse ideo formam serui accepit, & seruiuit discipulis suis, lauando pedes eorum. Nos enim maiores sumus, si omnium deo fidelium serui erimus. Quod autem ait, in timore Christi, sic accipiendum est, ut ipsa subiectio, non propter hominum gloriam, sed propter timorem Christi fiat, dum illum timemus offendere. Dei enim hæc est misericordia, ut non solum sanctis, & timentibus deum Christianis, sed etiam illis qui multis litibus, & se, & alios inquietant, inspirare dignetur, ut omni contentione, uel æmulatione remota, ita

Gratias deo in prosperis & aduersis agamus.
Iob. 2
Psal. 112
1. Tess. 5
2. Tess. 2
In aduersis quid dicẽdum.
Matth. 16
1. Cor. 9
2. Tessa. 1
Gal. 5
Philip. 2
Ioan. 13
Col. 3

pariter charitati studeāt, ut non propter discordiam, iram dei incurrant: sed magis propter dilectionem, et pacem, ad æterna mereantur præmia peruenire. Præstante domino nostro Iesu Christo.

¶Dominica. Paulus ad Ephesios.
xxi p. capite 6.

FRatres, Confortamini in domino, & in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. &c.

Homilia lectionis eiusdem.

AD certamen magnum contra spirituales hostes, præsenti nos lectione hortatur Apostolus, ut audiuit dilectio uestra. [Confortamini in domino, inquit, & in potentia uirtutis eius.] Generaliter omnibus præcipit Apostolus: ut in domino Iesu Christo, & in eius potentia confortemur, præparantes nos ad bellum cōtra diabolum. Sequitur: [Induite uos armaturam dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli.] Quæ autem alia arma dei possumus existimare quibus induendus est, qui habet aduersus diaboli dimicare uersutias, excepta uirtute, quæ est Christus? hunc enim qui super omnia est, quę de deo intelliguntur, qui indutus fuerit, potens erit contra uersutias diaboli pugnare. [Quia non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem.] Aestimo quippe aduersus carnē & sanguinem esse certamina, quæ tentationes appellantur humanæ, quando caro concupiscit aduersus spiritum & prouocat nos facere omnia opera sua, fornicationem, immunditiam, luxuriam, & his similia. Porro non est humana tentatio, sed colluctatio spiritualis aduersus insidias diaboli, et aduersus signa sua, & portenta quæ agit ad decipiendos homines. Vnde sciendum est, ne ea quidem quę nos ministrari putamus uitia ex

Arma cō tra diabolum uirtus Christi.

Rom. 13

Gal. 5

tia ex carne, carnis esse uel sanguinis, sed à quibusdam spiritualibus nequitijs suggeri. Sunt enim quidam dę-mones addicti amoribus luxuriæ. Vt propheta dixit: Spiritu fornicationis seducti sunt, qui homines fornicationis insidijs student decipere. Alij uero dæmones sunt, qui iracūdias, & furores, & bella committere suadent. Alij præsunt inimicitijs, & odia inter homines concitant. Hęc ergo uitia, et his similia, docet nos Apostolus non ex natura corporis procreari, sed instinctu dęmonum. Ideo dicit: [Non est enim nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem. Sed aduersus principes tales, aduersus tales dæmonum potestates, & rectores tenebrarum.] Qui & spirituales nequitię in cœlestibus esse dicuntur, id est, in aëre isto uolantes, ad decipiendos homines, uarias ponendo insidias, quas denumerare impossibile est. Vnde subditur: [Propterea accipite armaturam dei.] Contra spirituales hostes, spiritualia arma sumenda sunt, [ut possitis resistere] talibus inimicis [in die malo.] Nō sibi malus est dies, sed nobis, quando impugnamur à malo. [Et in omnibus perfecti stare.] Ad omnem perfectionem contra diabolicas insidias nos hortatur, ut perfecte illis possimus repugnare. [State ergo succincti lumbos uestros in ueritate.] Omnia incentiua libidinis, quantum poteritis domino donante extinguere curate, & in omni prælio aduersus diabolum sitis cauti, atque præparati uiriliter in charitate, non in hypocrisi. Nemo enim coronabitur, nisi qui legitime certauerit. [Et induti lorica iustitię.] Sicut enim lorica multis circulis intexitur, ita & iustitia diuersis uirtutum connectitur speciebus. Sequitur: [Et calciati pedes in præparatione euangelij pacis.] Id est, operibus, & exemplis pacem euangelicam ostendite his, quibus uerbum dei prædicatis. Vt

Carnis & sanguinis uitia diabolus suggerit.

Osee 4.

Nequitiæ in cœlesti bus quæ sint.

Diaboli in aëre uolitant.

2. Cor. 10

1. Pet. 1

Lucæ 12

Iob 38

Esaiæ 32

Luxuria in lumbis.

2. Tim. 2

Lorica.

1. Cor. 9

cum fiducia incedentes, intrepidi prędicetis. [In omni
Scutum. bus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.] In omni certamine fide muniantur cogitationes uestræ, sermones, & opera uestra. Quam quasi scutum, aliorum quoque armorum, id est, uirtutum bonorum defensionem tenete. Sicut enim sine scuto omnis armatus ut inermis est, ita & uir
Heb. 11 tutes sine fide saluare neminem possunt. Nam sicut scutum omnia ingesta repellit, ita & fides, si opera habet
Galea. recta, omnes diaboli persuasiones extinguit. [Et galeam spem salutis assumite.] Id est, omnis sensus noster, atque nostræ salutis spes tantum in Christo sit,
Gladius. non in fiducia uestra. [Et gladium spiritus, quod est, uerbum dei.] Ad extremum quasi uir bellator, & fortis, omnes sectas contrarias uerbo dei, atque ueritati concidet, interficiet, iugulabit. Gladium spiritus, id est, uerbum dei manu tenens, id est, in operatione. Ipso auxiliante domino nost.

¶Hebdoma. Paulus ad Philipen.
capite 1.

FRatres, Confidimus in domino Iesu, quia qui cœpit in nobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

OMnem spem, & fidutiam bonæ operationis nostræ in Christum ponere monet nos Apostolus in pręsenti lectione dicens. [Confidimus in domino Iesu, quia qui cœpit in uobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu. Unde & Petrus in epi
1. Pet. 5 stola sua, monet dicēs. Omnem solicitudinem uestram proijcientes in deum, quoniam ipsi cura est de uobis. Quicquid autem boni cupimus à domino, primo petendum est, ut ipse in nobis opus bonum inchoet, &
ipse

ipse in nobis hoc ipsum bonum usq; ad perfectum perducat; Quia sine eius gratia, uel adiutorio nihil boni nec cogitare possumus, ut ipse ait. Sine me nihil potestis facere. Ideoq; ut ipsius gratia, et misericordia quod bonum est in nobis, usque ad consummationem perducatur iugiter deprecemur, & nihil nostris meritis tribuamus. [Sicut enim est mihi iustum hoc sentire pro omnibus uobis.] Hanc curam sacerdotes habere monstrauit, ut ipsi semper in hoc admoneāt auditores suos. Illud mēte retinete, quod per prophetam Hieremiam dominus dicit. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suū. Benedictus autem uir qui cōfidit in domino, & erit dominus fiducia eius. [Eo quod habeam uos in uinculis meis.] Hanc ipse se solicitudinem habere pro suis apostolus monstrauit, & nobis formam suæ tribuit simplicitatis. Ac si diceret. Tantum nos auditores nostros debere diligere, ut eorum memoriam atque solicitudinem, nec aliquid tribulationis, neq; angustiæ auferet de cordibus nostris. [Et in defensione, & confirmatione euangelij.] Defensio, & confirmatio euangelij, est omni contradicenti ueritati resistere, eosq; qui contra euangelica uolunt præcepta redarguere, & ea quæ alijs non agenda prohibemus, in nobis, uel à nobis hæc gesta non inueniāt, & quæ alios agere docemus, hæc operibus, & exemplis potius, quàm uerbis demonstremus. [Socios gaudij mei omnes uos esse.] Vt secundū exemplum Apostoli hoc sentiamus de nostris auditoribus, & credamus, quia si tribulationis nostræ quam in hoc mundo pro domino sustinemus, uoluerint esse participes, & cōpati nobiscum aduersa quæ patimur. Erunt nobiscum socij gaudij sempiterni, & ut admoneantur, & doceantur à nobis, ut ita credāt euangelicę prędicationi quam

2.Cor.3 Ioan.15 Lucæ 17 Tit.3 Hiere.17 Matth.5 1.Cor.9 Prędicandum exemplis potius q̄ uerbis. Actu.1

audiunt,ut nequaq̃ trepident pro eius defensione. Et si
Matth.5 erit necessitas tribulationes maximas sustineant, ut ad
ęterna promissa pręmia mereantur uenire. [Testis eñ
mihi est deus quomodo cupiam uos omnes in uisceribus Christi Iesu.] Omnia enim deo teste agimus, &
ideo magnopere studeamus debitam nostris impende
1. Tim. 1 re charitatem, & in dei semper opere alios & uerbis &
Prædicationum scop⁹ charitas. exemplis, ea dilectione, ut nosmetipsos exhortemur solicite permanere, quatenus & deuotione nostra, & illorum profectu æterna pręmia mereamur accipere. [Vt
charitas uestra magis ac magis abundet in scientia, &
in omni sensu, ut probetis potiora.] Vt secundum Psal
Psalm. 83 mistam intẽdamus semper de uirtute in uirtutem conscendere, ut mereamur deum uidere in Syon, id est, in
speculo uitæ æternæ. [Vt sitis synceri, & sine offensa
in diem Christi. Repleti fructu iustitię per Iesum Christum in gloriam & laudem dei.] Vt non solum synceri ab omni corruptiõne sitis, sed etiam fructibus iustitiæ in omnibus abundetis, & per omnia glorificetur
deus in actibus nostris. Plus igitur apud fideles catho
1. Cor. 4 licos bonis exemplis, quã luculentis uerbis solent proficere. Eaq; est summa & perfecta doctrina, quoniam
Doctrina optima, est sancta & bona uita. conuersatio spiritualis ostendit, non quæ inanes sermones iactet. Nec à nobis in die iudicij uerba quærenda sunt, sed opera. Quo circa si sacerdotes, non quales
illi sunt quos iudicãdos, atq; dãnandos cõminatio pro
Matth.25 nunciat, sed quales apostolica doctrina commendat,
Apoc.14 multos ad deum sancte uiuendo, & prædicando conuertãt, si nihil ex imperio, sed omnia humiliter agant.
Ac se communes eis quibus sunt præpositi, studio sanctæ dilectionis exhibeant. Si infirmitates carnaliter ui
Sacerdotum uita ac studia uentium fratrum, uerborum salubrium medicaminibus curent, & quas incurabiles iudicant, patientiæ uirtute

tute sustineat: si moribus ac prædicationibus suis, non quæ esse suam, sed Christi gloriam quærunt: si consolentur afflictos, pascant egenos, uestiant nudos, redimant captiuos, suscipiant peregrinos: si errantibus uiam salutis ostendant, desperatis spem ueniæ consequẽdæ promittant, currentes impellant, remorantes accendant, & quicquid ad officium suum pertinet, constanter exerceant. Quis sic alienus erit à fide, ut dubitet tales contemplatiuę uirtutis esse participes, quorum exemplo simul ac uerbo plures fiunt cœlestium regnorum cohæredes? Per Iesum Christum dominum nostrum. Qui uiuit & regnat.

debent. Gal. 1 Mat. 25 Iacobi 1

¶ Dominica. Paulus ad Philippenses.
xxvi capite 3.4.

FRatres, Imitatores mei estote, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Et reliqua:

Homilia lectionis eiusdem.

AD imitationem suã nos Apostolus fratres mei in hac lectione hortatur, ut audiuit dilectio uestra. [Imitatores mei, inquit, estote] in dilectione dei, atque obseruatione mandatorum eius. [Et obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.] Sequimini discipulos Christi ueraces, & nõ eos qui propter inanem gloriam se dicunt esse fideles, & sunt in malis operibus, & in amore huius seculi, infidelibus deteriores. Propter quos etiam sæpe nomen domini blasphematur in gentibus. De quibus cauere nos admonet, qui dissensiones, & offendicula faciunt in ecclesia. [Multi enim ambulant, quos sępe dicebam uobis: Nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi.] De illis dicit, qui spem passionis Christi, per quam peccata dimissa sunt, non habebant, sed in ueteris legis

Esaiæ 52
Rom. 16
Ecclesiæ unitatem scindentes uitandi sunt.
Crucis in

Imici qui ceremonijs permanebant: Similiter & de his, qui post
sint. baptisma in errore, uel etiam sacrilega conuersatione perdurant. [Quorum finis interitus, quorum deus uenter est, & gloria in confusione ipsorum,] qui carnis concupiscentijs seruiētes, in hoc se putāt deo posse seruire, si commessationibus, & ebrietatibus, ad exercendam libidinem potiantur, [qui terrena sapiunt,] nihil de cœlestibus, uel æternis cogitant. [Nostra autem conuersatio in cœlis est,] id est, eorum qui de futuris iugiter meditantur, in castitate, in scientia, & in pauperum & peregrinorum cura, in cæterisq; operibus misericordiç & pietatis, in ieiunijs, in uigilijs, & his similibus uirtutum operibus, quibus æternæ beatitudinis corona promeretur. [Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum.] Semper pauidi æterno supplicio, semperq; suspecti, de

1.Cor.15 æternæ uitæ gaudio. Sequitur: [Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis
Ioan.10
Gal.4 suæ.] Quia adhoc incarnari dignatus est, ut nos in æternam reduceret immortalitatem, & cœlesti regno secum faceret cohæredes.] Secundum operationem qua possit etiam subijcere sibi omnia in Christo Iesu
Ephesi. 2 domino nostro.] Quamuis enim simus de Adam car-
Tit.3 naliter nati, non ipsum tamen habemus imitari, sed
Ioan. 3 Christum, in quo renati sumus, & uiuimus, quando ue
Col. 3 terem cōuersationem salubriter innouati deponimus.
Imitari Quid est imitari Adam, nisi pro carnalibus concupi-
Adā quid scentijs morte multari? Et quid est imitari Christum,
sit. nisi carnalibus concupiscentijs ac desiderijs crucifigi?
Gal. 5 Siquidem illud non est ueterem conuersationem deponere post baptisma carnalibus desiderijs malle subesse, quàm non secundum carnem quæ ueterascit, & moritur, sed secundum deum uiuere, qui solus potest

spe-

sperãtes in se innouare perenniter,& beatificare. Quapropter sicut quando in Adam fuimus, omnes ipso ca Rom. 5
dẽte cecidimus, ita quia in Christo esse iam cœpimus, 1. Ioan. 3
qui pro nobis omnibus dignatus est mori, & nos pro
peccatis nostris illi commortui, cum illo spiritualiter Col. 3
resurgamus. In illo omnia bona quæ potuimus habe- Rom. 6
re perdidimus, in hoc etiam maiora, & sine fine haben
da recepturi sumus, si perseuerãter uestigia teneamus,
domini nostri Iesu Christi. Qui.

¶ Dominica, Paulus ad Colossenses, xxiiii capite 1.

FRatres, Non cessamus pro uobis orantes, & postulantes, ut impleamini agnitione uoluntatis eius: In omni sapientia, & intellectu spiritali, ut ambuletis digne deo per omnia placentes. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

AVdistis fratres in epistola cum legeretur Apostolum dicentem. [Non cessamus pro uobis orantes, & postulantes, ut impleamini agnitione uoluntatis eius. In omni sapientia, & intellectu spiritali.] Quia aliter sensit uoluntatẽ dei non posse perficere, nisi à deo semper exhortetur, ut eius gratia largiente uoluntas dei cooperetur in homine. Secundum
quod intelligens propheta, dicebat. Domine ad te con Psal. 142
fugi, doce me facere uolũtatem tuam, quia deus meus
es tu. [Vt ambuletis digne deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia dei.] Simul posuit quod obscure dicebat. Hoc Philip. 2
est, quomodo deus det uelle, & adiuuet, & confirmet perficere bonam uoluntatem. Docendo scilicet sapientiam, & intellectum, gratiam tribuendo. [In omni uirtute confortati.] Virtus magna est, inueteratum fo- Carnis su
mitem uincere uitiorum, uel in passionibus carnis de- perare de
side-

sideria magnæ uirtutis est. sideria superare. [Secundum potētiam claritatis eius, in omni patientia, & longanimitate.] Vt in exemplo Christi uel apostolorum, cęterorumq; eius fidelium patienter omnia huius mundi sustineamus aduersa, in dei 1.Pet. 2 semper uoluntate quantum ipso possumus largiente maneamus. [Cum gaudio gratias agētes deo patri.] Hæc est eñ uera patientia, & lōganimitas, ubi in ipsis, Iacobi 1 quæ sustinentur, aduersis deo semper gratias referimus, & ubi gaudet etiam se sustinere quisque quod patitur. [Qui dignos nos fecit in partem sortis sancto- 1.Cor. 6 rum in lumine.] Qui proprio nos suo sanguine com- Gal. 4 parauit, & cœlestis regni hęreditate dignos effecit, per Tit. 3 ineffabilem misericordiam suam, & partē habere cum Ephes. 2 sanctis angelis, eorum esse conciues, & comparticipes beatitudinis sempiternæ. [Qui eripuit nos de potestate tenebrarum.] Ab ignorantia & errore infidelitatis, uel etiam ab ęternę mortis damnatione. [Et transtulit in regnū filij dilectionis suæ.] De regno diaboli & peccato, de consortio dæmonum, transtulit nos se- Joan. 16 cum ad sanctorum suorum consortia angelorum. De Rom. 5 seruitio diaboli uel potestate ipsius transtulit nos in re- 1. Ioan. 5 gnum dilectionis filij sui, in quo deo dilecti, & filij dei efficeremur. [In quo habemus redemptionem & re- Ezech. 18 missionem peccatorum.] Cuius etiam gratia & mise- Lucę 11 ricordia, quæcunque gessimus, aut gerimus post bapti- Tobiæ 4 smum peccata, digna pœnitentia, & confessione pura, Danie. 4 cum lachrymis, & gemitibus, uel etiam eleemosynarū largitate bene possumus expurgare, & dignos nos in sancta conuersatione ad æterna gaudia regni præ- Philip. 2 parare: Quia ideo dominus & saluator noster se nostra infirmitate induerat, ut nostram inconstantiam suæ uirtutis soliditate uestiret. Venerat enim in hunc Negocia- mundum diues, et misericors negociator è cœlis, &

com-

communicatione mirabili inierat salutare commercium, nostra accipiens, & sua tribuens: Pro contumelijs honores, pro doloribus sanitates, pro morte dans uitam: cui exterminator et aduersitates persequētium, nocere non poterant, per cuius auxilium, & misericordiam quæ recte cupimus, implorare debemus. Sicut illo (quod absit) offenso, nihil est præter ipsum, quod nobis ualeat suffragari, ita eodem propitio, nulla nobis nocebit aduersitas. Quoniā si deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, Iesum Christum dominum nostrum, cui est cum deo patre, & spiritu sancto honor, & gloria, per immortalia secula seculorum, Amen.

Tor diues & misericors Christus.

Ioan. 12

Auxiliator noster Christus.

Rom. 8

¶Dominica VI. ante natal. Paulus ad Col. capite 3.

FRatres, Mortificate igitur membra uestra quæ sunt super terram, fornicationem, immūditiam, libidinem, concupiscētiam malam, & auaritiam quæ est idolorum seruitus. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

MOnet nos Apostolus fratres charissimi, mortificare in nobis uitia & peccata, si ad æternam cupimus gloriam peruenire. Ait enim: [Mortificate igitur membra uestra quę sunt super terram.] Quæ membra hic nisi uitia, & peccata quæ mergunt homines in interitum, quibus & ante baptismum abrenunciauimus, uult intelligi? Ac si diceret: Quod professi estis implete, & membra uestra uitiorum sordibus secundum diabolicas persuasiones nolite polluere: nolite fœdare, sed prauum usum peccandi, per gratiam dei abijcite, quia templum dei esse debetis, & ad hoc à deo estis creati: Ideo omni studio, & de uotio-

Membra mortificāda sunt uitia & peccata.

1. Cor. 3. & 6

Hiere. 7 uotione bonorum operum consuetudine dignum uos deo necesse est habitaculũ præparare. Sequitur: [Fornicationem, immunditiam, libidinem.] Ecce hic membra uitiorum nomine tenus expressit, ut audistis: Id est, fornicationem, per quam multis modis humanum genus diabolus studet decipere, sicut pro dolor sæpissime factum legimus, & quotidie cognoscimus. Et ideo solicite admonemus dilectionem uestram, ut à malo fornicationis abstineatis, quia non est singularis, sed multiplex. Quæ similiter ut corporalis, sic etiam est spiritualis. Nam omnis cultus idolorum, siue quicunque ritus paganicæ obseruationis fornicatio esse intelligitur, siue in augurio, siue in incantatione. Per quæ carnis fit pollutio Apostolus immunditiam, uel libidinem nominauit. Quam nisi omnimodis abscindamus à corde, & corpore nostro, æternæ uitæ gaudijs consortes esse non possumus. Ideoq; non solum ipsam fornicationem, sed etiam concupiscentiam malam uitare nos docet Apostolus dicens. Concupiscẽtiam malam mortificate, & auaritiam, quæ est idolorum seruitus. [Propter quæ uenit ira dei in filios diffidentiæ.] Vnde & dominus in euangelio ait: Qui uiderit mulierem ad cõcupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Vę nobis quia quocies concupiscimus, toties & fornicamur. Vnde dilectissimi nobis, omni custodia seruemus corda, et corpora nostra, non solum à concupiscentia mulierum, sed ab omni quod odit dominus. Sicut ait sapientia: Post concupiscentias tuas non eas, & à uoluntate tua auertere, & non sequaris concupiscentiam cordis tui mali. Nãq; sequitur: [In quibus & uos ambulastis aliquando, cum uiueretis in illis.] Id est, quousq; in errore fuistis, & secundum desideria carnis ambulastis. Nolite itaque sic ambulare, ne frustra uideamini

Fornicatione multos diabolus decepit.

Fornicatio spiritualis quę sit.

Osee 4. Iudic. 8 Gal. 5 Rom. 2 1. Cor. 5 Ephes. 5

Matth. 5

Ecclesi. 18

mini credidisse. [Nunc aũt deponentes omnem iram, & indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore uestro.] Hæc sunt enim quæ inebriant mentem, atq; confundunt, & ab omni abstrahunt ueritate, quia hæc nec in disciplina filiorum hominum esse conueniunt, qui educati sunt honeste, quanto minus in filijs dei, qui uos estis. Secundum quod in euangelio Ioannis legimus. Quotquot autem crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Sequitur: [Nolite mentiri inuicem.] Non decet enim mentiri filios ueritatis, quia omne mendacium ueritati resistit. [Expoliãtes uos ueterem hominẽ cum actibus eius.] Id est, prauum usum peccandi deponite, & malam uoluntatem à uobis eijcite, [et induite nouum hominẽ,] id est, Christum, eiusq; uoluntatem in omnibus adimplere curate, [Qui renouatur in agnitionem dei, secundum imaginem eius qui creauit eum.] Nam per Christum renouati sumus, & agnitionem percepimus, sine qua nequaquam salui esse possumus. Beata, & æterna immortalitas, per ipsum nobis est reddita. Quã si nunc bonis moribus, & digna conuersatione adornare contendimus, æternæ simul glorię cum Christo consortes efficimur. Quapropter dilectissimi iam sanati, & ad æternam gloriam renouati per Christum, ipsum uox nostra die & nocte resonet, ipsum labia sine cessatione collaudent, Ipsi actus, & animã nostram exhibeamus. Vt ab ipso defensi, & modo, & in æternum ipsum propiti.... habere mereamur, qui in trinitate perfecta uiuit, & regnat.

Ioan. 1

Veritatis filios mẽtiri non decet.

Rom. 6

Rom. 13

Ephesi. 4.

Tit. 3.

¶Hebdoma. V. Paulus ad Col. capite 3.

Pręcedentis epistolæ continuatio.

FRatres, Induite uos sicut electi dei, sancti, & dilecti, uiscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem,

tem,modestiam, & patientiam. Suportantes inuicem, & donantes uobisfmetipsis, sicut & Christus donauit uobis: Usque gratias agentes deo patri per ipsum. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

SIcut in alia lectione audistis fratres charissimi, docentem nos Apostolum et exhortantem dicendo. Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus eius, ita et nunc in præsenti lectione audistis admonentem nos atque dicentem. [Induite uos sicut electi dei, & sancti & dilecti.] Deponentes omnem malitiam et omnem dolum, et simulationem, et inuidiam, et induite uos talibus ornamentis, quibus deo placere ualeatis. [Vt dilecti dei, sancti,] quia adhoc estis electi, [uiscera misericordiæ, benignitatem,] sicut & ipse do
Matth.7 minus admonet dicens: Omnia enim quæcunque uultis ut faciant uobis homines, et uos hæc eadem facite
1.Pet.5 illis. [Humilitatem,] quia superbis deus resistit, humi
Iacobi 4 libus autem dat gratiam. [Modestiam,] ut honeste cum modestia uiuamus, & castitatem corporis, et cor
Proue. 16 dis in omnibus habere studeamus. [Patiētiam,] quia patiens uir, qui animo suo dominatur, fortior est expugnatore urbium. Superius uitia, et peccata Aposto
Membra lus mēbra nominauit, & ea mortificare docuit et ideo
Viscera. ista uiscera nominauit, quibus nos adornare persuasit.
Esaiæ 53 [Supportantes inuicem.] Exemplo Christi, qui in
1.Pet.2 firmitates nostras pertulit, et ægrotationes portauit. [Et donantes uobisfmetipsis,] Indulgentes inui
Lucæ 23 cem, sicut Christus omnibus indulsit, etiam pro perse
Matth.6 cutoribus orans, ut et nobis à patre cœlesti dimittan
Marci 11 tur debita nostra. Ne impleatur in nobis illa sententia
Matth.18 præcauentes. Homo homini seruans iram, quomodo
Eccles.29 à deo quærit medelam? [Si quis aduersus aliquem habet quę-

bet querelã,] unusquisq; malitiæ proximi sui ne memi
nerit,ne sontes exigentes conseruos,etiã indulta redde
re cogamur. [Sicut & dominus donauit uobis, ita &
uos.] Si ille indulsit,qui potuit iuste uindicare, quan-
to magis uos quorũ uindicta aut nulla aut parua est.
[Super omnia hæc autem charitas habenda est,] sine 1.Cor. 13
qua nihil est omne bonum,quia deus charitas est. Vn-
de qui manet in charitate,in deo manet,& deus in eo. 1.Ioan.4
Charitas enim perficit omne bonum, charitas operit 1.Pet.4
multitudinem peccatorum. Charitas enim diuisa, ac Proue.10
dispersa membra, in unum colligit corpus. [Et pax Rom.12
Christi exultet in cordibus uestris,] id est, pax Chri- 1.Cor. 12
sti,non seculi, ut cum fratribus nostris semper pacifice Ioan.14
uiuamus,quia beati pacifici,quoniam filij dei uocabun- Matth.5
tur. Cum diabolo autem, & peccato discordiam ha- Pacem
beamus, ut elongetur à nobis, quia ipse dominus ait. cum deo,
Non se uenisse in mundum,ut pacem mitteret cum dia discordi-
bolo, sed gladium,ut eius semper malitiæ resistamus, am cum
quantum domino resistente ualemus. [In qua & uo- diabolo
cati estis in uno corpore,& grati estote.] Hoc est noli- habea-
te legi similari,quæ uicem reddit,sed gratię,quæ igno- mus.
scit etiam inimicis. [Verbum Christi maneat in nobis Matth.10
abundanter,] ut sciamus non nobis sufficere quod uer Lucæ 12
bum dei audiamus,si non illud etiam compleamus ope Iacobi 4
re. [In omni patientia docentes,& commonẽtes uos- Matth.7
metipsos.] Ostendit etiam hic laicos dei uerbum di-
scere debere,& se inuicem docere, atque monere uer-
bis,exemplis,[psalmis,hymnis,cãticis spiritualibus,]
ut his semper simus sueti, non carnalibus uel turpibus
cantilenis. [Cum gratia cantantes in cordibus uestris
domino.] Vt non solum in ore,sed etiam ex corde de-
cantemus, secundum Psamistam dicentem. Confite-
bor tibi domine in toto corde meo [Omne quodcun Psal. 137

que facitis in uerbo aut in opere, om̄ia in nomine dn̄i
Iesu deo semper gratias referentes,] quia filiū dei ad
hæc docenda destinare dignatus est, ut ab alijs etiam
Matth. 5 per uestros actus deo gratiæ referantur. [Gratias agē
tes deo & patri per ipsum,] quoniam per ipsum salua
ti sumus. Ergo q̄a Christiani sumus, imploremus sem
per adiutorium domini, aduersus carnales blanditias.
quas male amauimus, extirpemus ea de cordibus no-
1.Cor.2 stris per pœnitentiam, & confessionem, illius semper
Esaiæ 64 pulchritudinem, quam nec oculus uidit, nec auris au-
diuit, nec in cor hominis ascendit, amemus, quā prępa-
rauit deus diligentibus se. Cui honor, & potestas, per
inenarrabilia secula, Amen.

¶In natal. sancti Andreæ apostoli. Paulus ad Romanos. cap. 10.

FRatres, Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illum, non confundetur. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

DE confessione uerę fidei, per quam ęternam promereri debemus salutem, præsenti nos lectione monet Apostolus dicens. [Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.] Testimonium enim cordis, est oris confessio. Vnde & fides quæ in corde firmiter est retinenda, per confessionem oris necesse est comprobari. Fides enim si bonis ornatur operibus, salutem generat sempiternam, & quamuis sine fide nemo possit placere deo, fides tamen
Heb.11 sine operibus ociosa est. Ideo docet Apostolus: Vt si
Iacobi 2 ad salutem æternam cupimus peruenire, fidem quam
ore confitemur, operibus adimplere contendamus.

Quia

Quia ille ſolum uere credit, qui exercet operãdo quod   Credere
credit. Vnde ſequitur. [Dicit enim ſcriptura. Omnis   quis dica-
qui credit in illum non confundetur,] id eſt, qui de pri   tur.
ſtino errore ad ueram fuerit fidem conuerſus: Et ad   Eſaiæ 28
gratiam ſacri baptiſmatis peruenerit, de priſtinis acti   Iohel 2
bus non confundetur, quia remiſſionem omnium per-   Tit. 3
cipit peccatorum ſacro fonte ablutus. [Non eſt enim
diſtinctio Iudæi & Græci. Nam idem dominus omni-
um in omnibus diues, qui inuocant illum.] Vnus deus,   Epheſ. 4
& dominus creator omnium rex, abundans miſericor   Epheſ. 2
dia omnibus inuocantibus ſe in ueritate, id eſt, in con-   Pſal. 144
feſſione ueræ fidei, & bonorum operum moribus, ſa-
lutem, & uitam largitur æternam. Vt in eadem ſequi-
tur lectione. [Omnis enim quicunque inuocauerit no   Iohel 2
men domini ſaluus erit.] Id eſt, quicunque ſyncera fi-   Actu. 2
de, & in uera inuocauerit dilectione, ſaluus erit. Non
qui ſolum uerbis nomen domini duplicauerit, & operi
bus uenerari neglexerit, ut ipſe dominus ait. Non o-   Matth. 7
mnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in re-   Lucæ 6
gnum cœlorum, ſed qui fecerit uoluntatem patris mei
qui in cœlis eſt. Sequitur: [Quomodo ergo inuoca-
bunt, in quem non crediderunt? aut quomodo ei cre-
dent, quem non audierunt? quomodo autem audient,
ſine prædicante? quomodo uero prædicabunt niſi mit
tantur?] De nobis gentibus obiectio Iudæorum eſt,
quod deum inuocare patres noſtri nõ potuiſſent: Quia
nullus ad gentes propheta, nullusq́ patriarcha miſſus
fuerat, Chriſti in hunc mundum præconizare aduen-
tum, ſed oleaſter in bonam inſertus oliuam, bonos ob-   Rom. 11
tulit fructus: id eſt, eccleſia gentium, ſtatim ut per ſan-
ctos apoſtolos, uel per ſucceſſores eorum prædicatio-
nem euangelicam audiuit, meliores Iudæis non cre-
dentibus, nec euãgelium perficere uolentibus, fructus

uerę fidei protulit, floresq́ boni operis per totum mun
Esaiæ 52 dum aspersit in odorem suauissimum domino. [Sicut
Nau. 1 scriptum est. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt euangelio.] Hic pedes sancta possumus bonorum exempla operum intelligere: quia pulchra sunt coram deo, eiusq́ maiestati placabilia eorum opera qui Christum & uerbis prædicant, & operibus imitantur. Sed pro dolor eorum uocibus, nec euangelio omnes au-
Mat. 22 dientes obediũt. Vt ipse dominus ait: Multi enim sunt uocati, pauci autem electi. Quia igitur fratres charissimi beati Andreę apostoli hodie natalitia celebramus, debemus moribus illum imitari cuius actus ueneramur, ut partem cum ipso in regno dei percipere mereamur. Et quia dudum falsi parentis diaboli seducti
Genes. 3 uoce persuasoria fueramus, uero parente, deo scilicet contempto: sed postquam uocem ueri parentis dei per apostolicam prædicationem nouimus, tunc reliquimus falsum parẽtem diabolum, & uerum, & æternum deum secuti sumus. Ideoq́ talem dominũ sumus adepti, ut ab eius uestigijs malorum operum moribus non recedamus, sed in eius uoluntate, & delectatione iugiter maneamus. Cogitantes illud, quod ipse dominus
Matth. 6 in euangelio ait. Non potestis deo seruire, & mammonæ. Sed auertat hoc deus à nobis, ne à domino Chri-
Lucæ 11 sto ad diaboli dominium trãseamus. Cum idcirco pro
Col. 1 nobis filius dei pati, crucifigi dignatus sit, ut nos de prophano dominio diaboli eriperet, & ad gratiã suæ dominationis adduceret. Vnde autori uitæ, ac salutis æternæ per omnia fideliter seruire debemus, ut ad dominatiõem illam cœlestis regni peruenire possimus. Per eum qui uiuit, & regnat.

¶Domi-

¶Dominica IIII. Ante natalem Domini, Paulus ad Romanos. capite 13.

FRatres, Sciẽtes quia hora est iam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus, quã cum credidimus. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

EXcitat nos, & arguit Apostolus, ut à somno pigritiæ, & infidelitatis exurgamus aliquando fratres charissimi, ut in præsenti lectione audiuit dilectio uestra. [Scientes quia hora est iam nos de somno surgere.] Nõ enim semper debemus esse, ut paruuli teneri in fide, ad obseruationem mãdatorum dei, sed ut ad perfectionem tendamus aliquãdo, & somni torpore depressi, opera diaboli relinquamus, in lumine, hoc est, in operibus bonis ambulemus. Iam enim lumen scientiæ per orbẽ terrarũ lucet, & in uia ueritatis lucent plurimi, atq; ad nuptias æterni regni festinant. Nobisq; confessio magna est, nec in ultimo numero eorum esse, qui ad æternę uitæ gaudia bonis operibus, & sancta conuersatione per iter euangelicum ambulant. Sequitur: [Nunc autem propior est nostra salus, quàm cum credidimus.] Scientia proficiente, & bona uoluntate propior est unicuique salus, quàm cum primo credidit. Ideo necesse est unicuiq; salus ad ęternam uitam tendenti, in studio bonorũ operũ quotidie proficere, qui ad salutem æternæ uitæ uoluerit peruenire. Vt in Psalmo dicitur: Ibunt sancti de uirtute, in uirtutem, uel etiam propior est unicuiq; dies exitus sui. Ideo dum licet, & dum tempus habemus operemur bona, & fugiamus mala: Ne tunc cum uenerit dies uocationis nostrę, quęramus operari bona cum non possimus, & tunc inducias incipiamus quærere, cum nobis mini-

1. Co. 14 Ephes. 4 Lumen scientię lucet. Philip. 2 Apoc. 19 Psalm. 83 Gal. 6 2. Cor. 6 Ioan. 9 Matth. 25

me ſpatium datur. Nec etiam ſimiles fatuis uirginibus ad ianuam æterni regni ſtantes, atque clamantes dicamus. Domine domine aperi nobis, & illam terribilem uocem mereamur audire. Amen dico uobis, neſcio qui eſtis. Sequitur: [Nox præceſſit, dies autem appropin-
Nox peccati. quabit.] Hic nox ignorantia, uel infidelitas, atque peccatum poteſt intelligi: quibus totum humanum genus oppreſſum, uſque dum Chriſtus dominus, & ſaluator
Philip. 2 noſter formam ſerui ſuſcipere dignatus eſt, ac paſſus
Epheſ. 5 pro ſalute mundi lumen ſcientiæ omnibus tribuit cre-
Lucæ 11 dẽtibus, id eſt, agnitionẽ ueri dei, omnibusq; per bapti
Col. 1 ſmum remiſſionem tribuit peccatorum, uel nox hic
Ioan. 12 diabolus poteſt accipi ſicut dies Chriſtus. A cuius nos poteſtate & ſeruitio Chriſtus ſua miſericordia liberauit, & lumen nobis ſcientiæ & ueritatis conceſſit. Ideo faciamus quod ſequitur. [Abijciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis.] Si abijciamus per
Iacobi 4 confeſſionem & pœnitentiam mala quæ fecimus, reſi-
1. Pet. 5 ſtamus fortiter ſuggeſtionibus inimici, et deſiderijs car
Rom. 8 nis ne acquieſcamus: Quia hæc ſunt opera tenebrarũ, quæ ad æterna ſupplicia pertrahunt uiuentes in eis.
Epheſ. 6 Nos ergo induamur arma lucis, id eſt, opera iuſtitiæ, & ueritatis, per quæ ad æterna gaudia mereamur peruenire. Nã ſubditur: [Vt in die honeſte ambulemus.]
Iob 24 Sicut lux diei prohibet unumquemque agere, quod nocte libere committebat, ita & ſcientia ueritatis, id eſt,
Heb. 4 cognitio dei uoluntatis, prohibet nos eius mãdata contemnere, quia ſcimus nos ſemper à deo uideri, & quia
Pſalm. 93 deus ſcit non ſolum opera, ſed & cogitationes hominum: ideo qui timet ſe damnari à deo, timeat eius præcepta tranſgredi, et qui cupit ſe à deo coronari, ſtudeat eius mandato inhærere. [Non in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs.] Cõ-

meſſa-

messatio est mensę collatio. Nos uero habemus spiri-
tuale conuiuium, dicentes cum Apostolo. Cum conue 1.Cor.14
nitis ad manducandum, unusquisque psalmum habet,
doctrinam habet. Sit igitur collatio nostra de diuinis In con-
scripturis,& de salute animæ nostræ, quia sicut corpus uiuijs qd
cibo pascitur, ita etiam anima pabulo uerbi dei nutri- tractan-
tur. Ebrietatem ergo pernitiosam esse,& luxuriæ ma dum.
teriam, ex hinc cognoscimus, quia ei impudicitiã sub- Matth.4
iunxit. Nam & alibi ait: Nolite inebriari uino in quo Deuter.8
est luxuria. [non in contentione,& ęmulatione.] Etiã Ephes.5
contentionem, & inuidiam criminosam esse in multis,
ex diuina scriptura probare possumus exemplis. Di-
cente Iacobo Apostolo: Non enim zelum amarum ha Iacobi 3
beatis inter uos, ne scandalum generet,& ad perditio-
nem deducat. [Sed induimini dominum Iesum Chri-
stum] Solus Christus eiusq; uoluntas, uideatur in no-
bis, non uetus homo, non consuetudo, uel uoluntas pec
candi. Quia qui se dicit in Christo manere, debet sicut
ipse ambulauit,& ipse ambulare. Quapropter præpa-
remus dilectissimi nos in omni castitate, & pietate, ad
admirandam domini nostri Iesu Christi natiuitatem,
quam solenni præuenimus officio. Resistat in nobis
bona uoluntas concupiscentijs malis & persistens im-
ploret auxilium gratiæ dei, per Iesum Christum domi
num nostrum. Repugnemus carnali delectationi, &
qui aliquando carnis petulantia titillatur, imploret au- Osee 13
xilium liberatoris, non fidat in uiribus suis,& saltem si Matth.11
mens fessa, non dedignetur esse confessa. Aderit qui di
xit eis, quos iam uidebat esse credentes. Si manseritis Ioan.16
in uerbo meo, uere discipuli mei eritis, & cognosceris Ioan.15
ueritatem,& ueritas liberabit uos, Iesus Christus do-
minus noster, cui est honor, & gloria, & potestas, per
omnia secula seculorum.

¶Dominica III. Paulus ad Romanos.
2. Aduentus capite 15.

FRatres, Quæcunque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Et reliqua.

Homilia lectionis eiuſdem.

OMnis ſcriptura diuina fratres chariſſimi, utilis eſt ad legendum, ſalubris ad tractandum maxi mum bonum, & æternum, & perfectum, eſt etiam opere adimplenda, ſicut ait Apoſtolus, ut audiſtis in præſenti lectione. [Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.] Nihil enim ſcriptum eſt ſine cauſa. Nam & merita uel tentationes iuſtorum, ad noſtram proficiũt ædificationem, ſi ea quæ de ſcripturis congnoſcimus, implere operibus procuremus, & ſanctorum imitari exempla iuſtorum. Ideoq; noſtrum eſt, per omnia pium erga diuinas ſcripturas ſtudium exhibere, & quod ad noſtrã, uel aliorum proficit ſalutem, ut intelligere nobiſmetipſis ad uitam, & alios docere ad noſtram gloriam, & illorũ operari ſalutẽ ualeamus. [Deus aũt patientię & ſolatij, det uobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundum Ieſum Chriſtum.] Per ſcripturarum ſanctarum ſolatia, ſpem ad futuram gloriam fratres chariſſimi perſeuerantiſſime debemus habere, ſicut ſcriptum eſt. Pax multa diligentibus legem tuam domine, & non eſt in illis ſcandalum. Et alibi: Beati omnes qui ſperant in eum: & quoniam nihil deeſt timentibus eum: Hoc eſt qui conſolatione diuinæ legis utuntur, moueri ulla tentatione à uera fide, & firma ſpe, uel etiam ſyncera charitate non poſſunt. Quia beatus uir qui confidit in domi-

Sanctorum merita quid proſint.

Pſal. 118

Scripturę conſolatio utilis.

Hiere. 17

domino,& erit dominus fidutia eius. Nam per exempla patientiæ,& consolationis,quæ scripta sunt,speramus etiam consolationem pręsentium tentationum, et hic,& in futuro nos remissionem percipere omniũ peccatorum,& æternorum pro bonis operibus pręmium gaudiorum. [Vt unanimes uno ore honorificetis deum, & patrem domini nostri Iesu Christi.] Vt unusquisque sic quęrat salutem alterius,quasi suã,sicut Christus sua morte saluauit omnes à morte. Tunc enim uere honorificatur deus ab omnibus nobis si uno animo, corde, uoce,& mente syncera laudatur à nobis,ut ipse dominus ait in euangelio. Si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo. [Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit uos in honorẽ dei.] Propter honorem dei onera uestra portate inuicẽ, quia sic adimplebitis legẽ Christi, quia Christus nos suscepit in se cum essemus impij,& ideo nos reconciliauit patri suo, quãto magis inuicem suscipere debemus. [Dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis,propter ueritatẽ dei, ad cõfirmãdas promissiones patrũ.] Quamuis Christus ex Iudæis,secundum carnem (sicut promiserat) natus est, et præcepta legis impleuit, & ut testimonia patrum firmaret, tamen non solum Iudæis, sed etiam omnibus in se credentibus uenit ad redemptionem, ut in sequentibus dicitur. [Gentes autem super misericordia honorate deum,sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus domine,& nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Lętamini gentes, cum plebe eius.] Quamuis enim Iudæis promissus esset Christus, & quamuis nobis gentibus minime esset pronunciatus, æq; tamen omnibus inuocantibus se in ueritate salutem largitur, & uitam. [Deus autem

Gal. 6
Ioan. 10
Matth. 18
Gal. 6
Rom. 5
Ioan. 4
Gene. 49
Matth. 5
2. Re. 22
Psalm. 17
Psal. 116
Iohel 2

ſpei repleat uos omni gaudio, & pace in credendo, ut
Philip. 5 abundetis in ſpe, & uirtute ſpiritus ſancti.] Fidelium
Col. 5 ſpes in futuro ſemper debet exiſtere, & ibi figere corda, ubi uera ſunt gaudia, & pax perpetua, nulla diſſenſio, nullaq; mœſtitia. Ideoq; huius uitæ dulcedinem reſpuamus, & de futuro ſeculo iugiter cogitemus. Exclu-
Titi 2 damus de cordibus noſtris omnium ſecularium deſideriorum amaritudinem, & æternæ beatitudinis odorem totis uiribus, cordibus noſtris attrahamus. Et diſcuſſo omni torpore, omni pigritia, cuius mater eſt in-
Matth. 11 fidelitas. Illa iam hilaritate, illa alacritate, illoq; gau-
Ioan. 7 dio domino deo noſtro ſeruiamus, quo ad munera ſua
Matth. 22 ipſo inuitante, & præſtante ueniamus. Qui cum patre & ſpiritu ſancto.

¶ Dominica ante. Paulus ad Corinthios.
quer 3a 274 epistola 1. Cor. 4.

FRatres, Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum dei. Hic iam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur. Et reliqua.

Homilia lectionis eiuſdem.

DIſpẽſatores, & rectores ſanctę dei eccleſiæ, om̃i prouidẽtia circũſpicere, ut digne Chriſti diſpenſent myſteriũ, pręſenti lectiõe docet Apoſtolus dicens. [Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti,
Eccleſiæ prælati quales eſſe deberent. & diſpẽſatores myſteriorũ dei.] Vnde datur intelligi, quod tales uiros quærit eccleſia, talesq; diſpenſatores, non ut poſſeſſores, ſed ut procuratores facultates eccleſiæ poſſideant. Et idcirco ſciant nihil aliud res eſſe eccleſiæ, niſi uota fidelium pręcia peccatorum, & patrimo-
Oſee 4. nium pauperum. Quod habet eccleſiæ, cum omnibus nihil habentibus debẽt habere commune: Nec aliquid inde qui ſibi de ſuo ſufficiunt erogare, quando nihil aliud ſit

ud ſit habentibus dare, quàm perdere. Nec illi qui ſua poſſidentes, dari ſibi aliquid uolunt, ſine grandi peccato ſuo, unde pauper uicturus erat, accipiunt. De clericis quidẽ dicit ſpiritus ſanctus. Peccata populi mei comedent. Sed ſicut nihil habentes proprium, non peccata, ſed alimenta quibus indigere uidentur, accipiunt, ita poſſeſſores non alimẽta, quibus abundant ſed aliena peccata ſuſcipiunt. Sequitur: [Hic iam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur.] Non incognitum eſt, quale peccatum ſit qui cibos pauperum præſumendo ſuſcipiunt, qui eccleſiam quam iuuare de proprijs facultatibus debuerunt, ſuis expenſis inſuper grauant. [Mihi autẽ pro minimo eſt, ut à uobis iudicer, aut ab humano die.] Caueat autem diſpenſator eccleſię quem nemo audet iudicare, quia etiam ipſe iudex omnibus conſtitus eſt, ne auditorum ſuorum teſtimonio etiam in die iudicij arguatur. Cogitet quale onus Heb.13 ſuſcepit, quantam autem rationem redditurus erit, nõ Lucæ 16 ſolum de proprijs, ſed etiam de alienis peccatis: Quantaq́ꝫ ſolicitudine, qua iuſtitia, qua miſericordia, qua conſideratione, qua benignitate, qua etiam charitate, qua fide, uel ſpe, res diſpenſet eccleſiæ, ut etiam cum Apoſtolo fiducialiter dicat. [Sed neque me ipſum iudico.] Inde cauendum eſt ſummopere diſpenſatori eccleſiæ, ut in die iudicij ſua eum conſciẽtia non arguat: uel reũ Eccleſiæ ante tribunal iudicis deducat: Vt nihil per inanem glo miniſtriam, nihil per fraudem aliquam, nihil per ſuperbiam, attendãt nihil per nimiam ſeueritatem agat. Sed omnia humili quid eos ter cum ſpe, fide, & charitate faciat, ſibi potius ſit abſti deceat. nens, quàm pauperum ſolatium deuorans. Cogitet etiam ſe de omnibus iudicijs ſuis, deo reddere rationem, Vnde ſequitur: [Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusq́ꝫ ueniat dominus, qui & illuminabit abſcondita

dita tenebrarum & manifestabit consilia cordium, &
tunc laus erit unicuique à deo.] Hic etiam de incogni
Lucæ 6 tis, & incertis rebus nos iudicare uetat Apostolus, sed
deo soli relinquendum iudicium, quod humanis est sen
sibus occultatum. Bonum est enim homini semper an
te oculos propria adhibere delicta, secundum psalmi
Psalm. 50 sententiam, & peccatum meum coram me est semper.
Qui dei iudicia oculis suis proponit, semper timens, tre
mensq́ in omni negocio reformidat, ne de iustitiæ tra
mite deuians cadat. Et unde iustificatur, inde potius
Matth.16 condemnetur. Ideoq́ incertum iudicium deo soli relin
quamus, quia unicuique à deo præparatum est pręmiũ
de actibus suis. Quo circa sacerdotes sancti, non qua-
les illi quos damnandos comminatio diuina pronun-
Sacerdotes qui fructum faciant. ciat, sed quales apostolica doctrina commendat, mul-
tos ad deum sancte uiuendo, & prædicando conuer-
tunt, si nihil ex imperio, sed omnia humiliter agant, ac
se communes eis quibus sunt præpositi, studio sanctæ
dilectionis exhibeant, si infirmitates carnaliter uiuen-
tium fratrum, modo uerborum salubrium medicami-
nibus curent, modo quos incurabiles iudicant, patien-
tiæ uirtute sustineant: Si omnes una ægritudine men-
tium laborarent, ac paribus animarum morbis affe-
cti, nihil ab inuicem discreparent, aut sustineri omnes
necesse esset, aut argui, & ideo debent modo docendo,
modo exhortando, modo sustinendo, modo increpan
Desperandum nulli in hac uita. do curari, quia sub ope Christi nullius salus in hac uita
debeat desperari, sed una omnes charitate pro alteru-
trum orantes, ut mereamur saluari, secundum apostoli
Iacobi dictum. Confitemini alterutrum peccata ue-
Iacobi 5 stra, & orate pro inuicem, ut saluemini. Et post pauca.
Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ suæ, sal
uabit animam eius à morte, & operit multitudinem
pecca-

peccatorum. Præstante domino nostro Iesu Christo. Qui uiuit &c.

¶Mense X. Feria IIII. lectio Esaiæ Prophetę. capite 2.

IN diebus illis, dixit Esaias. Erit in nouissimis diebus prẹparatus mons domus domini in uertice mōtium,& eleuabitur super colles,& fluent ad eum omnes gentes. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

AVdistis in lectione prophetica aduentū domini saluatoris in hunc mundum ad redemptionem nostram prophetam Esaiam narrantem, atque dicentem. [Erit in nouissimis diebus prẹparatus mōs domus domini in uertice montium,& eleuabitur super colles,& fluent ad eum omnes gentes.] De his nouissimis diebus etiam & in Genesi legimus,uocante Iacob filios suos, atque dicente. Venite, ut adnunciem uobis quid futurum sit in nouissimis diebus.Postea ad Iudam,de cuius semine ortus est Christus, dixerat.Nō deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de femoribus eius, donec ueniet qui mittendus est,id est,ad salutem humani generis,& ipse erit expectatio gētium:quem omne humanum genus semper uenturum desiderabat, qui etiam habitationem regni cœlestis sua passione patefecit, & aditum intrandi concessit omnibus sibi credentibus,& perseuerantibus in uoluntate eius. Vnde etiam & ipsa regni cœlestis habitatio recte à propheta domus domini dicitur in uertice montium præparata; ubi ipsa sanctissima,& beatissima,atq; ineffabilis trinitas pater, & filius,& spiritus sanctus, & inseparabilis unitas diuinitatis unus deus omnipotēs manet in sua maiestate,cum omni agmine sanctorū angelorum,& omniū iustorū, qui recte super colles eleuatus dicitur: quia

Gene. 49

Aggei 2

Mat. 19

Mich. 4.

Regnum cœlorum quare in monte super colles esse dicatur.

Lucæ 10. quia colles superbos & iniquos uult intelligi, qui con-
& 1 tra domini se potentiam conantur erigere, quos diui-
1.Pet.5 na maiestas quasi fauillam stuppę deijcit: quia superbis
Iacobi 4 resistit, humilibus autem dat gratiam. [Et ibunt popu li multi & dicent: uenite, ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob, et docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius, quia de Syon exibit lex, & uerbum domini de Hierusalē.] Omnes gentes & populi qui beatitudinem consequi cupiunt sempiternam se mutuo hortabuntur, & dicet unusquisque fratri suo: Exeamus & fugiamus à diabolo, & eius maligna tentamenta malignis operibus perpetrare uitemus: Et, uenite, & ascendamus ad montem domini, id
Ephes. 4 est, uera fide ascendamus ad deum patrem, & filium,
Deute.6 & spiritum sanctum, unum et uerum deum. Relinquamus omnes idolorū errores, & omnes diabolicas prophanationes, & ascendamus firma fide, & syncera charitate, pura humilitate, bonis operibus cum sancta castitate, & deo placabili conuersatione ascendamus ad montem regni cœlestis, & ad domū dei Iacob, qui nos sua pietate à supplantationibus liberauit diabolicis, et nobis potestatem tribuit calcare subter nos diabolica tentamenta, dignisq; & sanctis deo moribus præmia consequi sempiterna, si eius uestigijs cupimus inhærere, eiusq; mandata atq; præcepta summa cupimus implere deuotione. Quæ mandata atque præcepta si summa cordis alacritate cupimus implere ad ęternam nos dei contemplationem, & ad uisionem pacis perducūt: Vnde propheta dixit legem exire de Syon, quæ contemplatio uitæ intelligitur, & Hierusalem uisio pacis. Sequitur: [Et iudicabit gentes, & arguet populos multos, & conflabunt gladios suos in uomeres, & lanceas
Ioan.3 suas in falces.] In iudicio autem non credentibus dici-

tur,

tur, de quibus iam iudicatum est, propter incredulitatem suam, ad æterna festinant tormenta. Ita & iusti pro qualitate meritorum, diuersas sunt adepturi mansiones, quamuis unius sint beatitudinis præmia, non tamen omnes unius gloriæ, sed secundum ordinē, quem in hoc mundo certauerunt, ita in cœlestibus sunt sedibus collocandi. Quod autem dicit. Et conflabunt gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces: Hoc in primo Christi aduentu impletum est, cum omne bellādi studium uertebatur in pacem, & pro discordia erat in toto orbe cōcordia. Similiter & nunc in ecclesia agitur, quādo omnis duritia cordis nostri per sanctos prędicatores Christi uomere, id est, euangelica doctrina frangitur, & eradicantur per pœnitentiam, & confessionem peccatorum spinæ uitiorum, & semen sermōnis dei crescit in fruges bonorum operum. Postea autem labores manuum nostrarum manducabimus, quādo uenientes ueniemus, cum exultatione portantes manipulos nostros. Sequitur: [Domus Iacob, uenite, & ambulemus in lumine domini.] Omnis enī qui uitia, peccata quæ diabolus suggerit, sub pedibus suis conculcare nititur, domus Iacob dicitur, id est, domus supplantatoris: Quia diabolo mala suadente, quantum ualet domino largiēte resistit, & in certamine sancto persistit. Sed nunc propheta hortatur eos, qui in tenebris uersantur erroris, ut lumen ueritatis suscipiant, & ambulent in lumine domini, & quodammodo illud Dauiticum canit. Accedite ad deum, & illuminamini, & facies uestræ non confundentur. Omnis enim qui operatur malū, odit lucem, & non uenit ad lucem, ne opera eius arguantur. Vos autē domus Iacob, domus populi dei, recedite per cōfessionem à uia mala, & ab operibus mortuis, uenite, & ambulemus pariter in lumine domi-

Ioan. 14
1. Cor. 15
Matth. 16
Pax tēpore Christi erat.
Lucæ 2
Psal. 127
Psal. 125
Domus Iacob quę sit.
Psalm. 33

domini. Recipiamus euangelium Christi in corda no
Ioan. 14 stra,ut illuminemur ab eo qui dixit. Ego sum lux mun
Lumen di,qui sequitur me,non ambulat in tenebris,sed habe-
quod se- bit lumen uitæ. Studeamus peruenire ad faciem eius
qui debe- in cõfessione malorum quæ fecimus,exerceamus nos-
mus Chri metipsos in opere uoluntatis eius, aderit nobis ipse ad
stus. iutor,& tutor, qui prope est semper omnibus speran-
Psa. 144 tibus in se, et inuocantibus nomen eius in ueritate, id
Iohel 2 est, in fide recta, & operibus iustis, & perducet nos in
Rom. 10 regnum gloriæ suæ: Iesus Christus dominus noster.
Actum 2 Qui uiuit & reg.

¶Sabbato Paulus ad Thessalonicenses.

2. Thessal. 2.

FRatres, Rogamus uos per aduentum domini nostri Iesu Christi,et nostrę cõgregationis in ipsum, ut non cito moueamini à uestro sensu, neque terreamini. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

DE secundo aduentu domini, et saluatoris nostri Iesu Christi fratres charissimi, audistis dicentem Apostolum,cum lectio legeretur. [Rogamus inquit,uos per aduẽtum domini nostri Iesu Christi.] Quo uobis charius nihil esse sum certus, [& nostræ cõgregationis in ipsum.] Quando à quatuor uentis cœli congregabuntur omnes gentes ad iudicium.
Mat. 24 [Vt non moueamini à uestro sensu, neque terreami-
Marci 13 ni.] Vt falsis diuinationibus iniquorum hominũ,à ue-
Danie. 12 ra fide nullatenus moueamini. [Neq; per spiritum,]
Creden- id est, per eos qui ficte se per spiritũ sctm̃ dicunt uatici
dum non nari. [Neq; per sermonem] pseudo doctorum. [Ne
omni spi- que per epistolã] fraude conscriptã. Poterat et hic dia
ritui. bolica excogitare uersutia, sicut in multis apocriphis libris apparet, ut à fide ad perfidiam seduceret simplices,ut

ces, ut epistolæ quædam scriptæ prauæ doctrinæ apostolorum nomine titularentur dicentes. [Quasi instet dies domini.] Quod ideo præcauens apostolus docet, [ne quis uos seducat ullo modo] dicentiū, ecce hic, atq; illic est Christus. Duos autem aduētus domini, omnia prophetarum uolumina, & angelorum fides testatur. Qui ergo primo in humilitate uenerat, & iterum erit uenturus in maiestate & gloria, iudicaturus uiuos, & mortuos, & redditurus unicuiq; secundum opera sua. [Quia nisi uenerit dissensio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis.] Ac si dixisset. Nisi prius Romanum imperium destruatur, & recedant ab eis omnes gentes, quæ eorum subiacuerant imperio, & ostensus fuerit maledictus Antichristus, id est, contrarius deo, quem omnium prophetarum uerba refugam à deo pronunciant, homo peccati, in quo fons est omnium peccatorum, et filius diaboli, qui est omnium caput perditionum. [Qui aduersatur] Christo, et ideo Antichristus uocat̃. [Et extollitur, supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur.] Cum etiam omnes sibi credentes in errorem maximū deducit, [ita ut in templo dei sedeat] Hierosolimis, et aras sibi construere gestiet, & omnes ueteris legis ceremonias se renouare posse gloriatur. [Ostendens se tanquam sit Christus, & dei filius,] ut tantum ueritatis Christi euangelium resoluat: Quæ res Iudæos, & alios imperitos, eum pro Christo recipere persuadet, in suo, non in dei nomine uenientem. [Non retinetis] dicit Apostolus Thessalonicensibus, [quod cum essemus apud uos, hęc dicebam uobis,] id est, Christum non ante uenire ad iudicium, antequam Antichristus ueniret? [Et nunc quid detineat scitis, ut reueletur in suo tempore.] Postque reuelabitur cum tempus appropinquabit mundi. [Nam

Mat. 24. Actu. 1. Mat. 16. 25. Rom. 2. Antichristus peccati homo & filius perditionis quare dicatur. Antichristus decipiet multos.

Tit. 1 mysterium iam operatur iniquitatis,] id est, in his qui falsò se gloriantur deo esse fideles, et per diabolica opera fiunt deteriores, [tantum ut qui nunc tenet, teneat, donec de medio fiat.] Hortatur Apostolus credentes in iam cœpta fide persistere, donec auferatur regnum Antichristi. [Et tunc reuelabitur ille iniquus,] cum manifeste intelligitur ipse Antichristus seductor
Esaiæ 11 esse, deóque contrarius. [Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduen-
Mat. 25 tus sui.] Nos autem dilectissimi nobis, si ad secundum domini aduentum lęti domino uelimus occurrere, & in numero electorum ad dexterã computari, ad istam natiuitatem domini, quam annua solennitate deuotissime colimus, dignos nos bonis operibus, in sancta conuersatione, cum fide recta, spe firma, syncera charitate, cum castitate, & eleemosynarum largitate, in confessione malorum quæ fecimus, nos præparare studeamus: Quia si istam temporalem festiuitatem digna ueneratione, cum pace, & gaudio, dignis, & deo placitis moribus, puraq́ conscientia celebramus, ad illam quæ non est annua, sed æterna, solennitatem cum gaudio, & lętitia ueniemus, & sanctorum angelorum consortes, æternæ beatitudinis esse merebimur. Præstante domino nostro Iesu Christo.

¶Dominica, Paulus ad Philippenses.
3ª Aduentus capite 4.

FRatres, Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete, modestia uestra nota sit omnibus hominibus, dominus prope est. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

VOcat nos fratres charissimi diuina pietas ad salutem animarum nostrarum, ad gaudia sempiternæ beatitudinis, ut audistis in lectione pręsenti

ſenti, Apoſtolo dicente. [Gaudete in domino ſem- Ioan.16
per,] Gaudia ſeculi, ad æternam tendunt triſtitiam.
Gaudium autem quod in domini eſt uolũtate, ad per-
manſurã, & ad ęternã pertrahit lętitiã perſeuerantes in
eo. Proinde dicit Apoſtolus: [Iterum dico gaudete.]
Hortatur ut magis, ac magis creſcat gaudium noſtrum
in deum, & adimpletionem mandatorum eius, quia
quanto plus in hoc mundo certauerimus dei & domi-
ni noſtri nos mancipare præceptis, tanto in futura ui-
ta beatiores erimus, & tanto maiorem gloriam co-
ram deo adipiſcemur. [Modeſtia ueſtra nota ſit omni
bus hominibus.] Id eſt, ſancta conuerſatio ueſtra, non
ſolum coram deo pareat, ſed etiam coram hominibus.
Ad exemplum modeſtiæ, & ſobrietatis omnibus uo- Matth. 5
biſcum commorantibus in terrris, uel etiam ad memo 1.Pet.2
riam bonam, coram deo, & hominibus. [Dominus
prope eſt, nihil ſoliciti ſitis.] Prope eſt dominus ſem- Iohel 2
per omnibus inuocantibus eum in ueritate, in fide re- Pſal.144
cta, in ſpe firma, in charitate perfecta. Ipſe enim ſcit, Actu. 2
quid opus ſit uobis, antequam petatis ab eo. Ipſe pa- Lucæ 11
ratus eſt ſemper omnibus fideliter ſibi ſeruientibus in Matth. 6
quibuſlibet neceſſitatibus ſubuenire. Ideo de ingruen- Matth. 11
tibus malis non eſt nobis magnam ſolicitudinem ge-
rere, cum defenſorem nobis deum eſſe proximum ſci-
re debemus. Secundum illud: Iuxta eſt dominus his Pſalm. 33
qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit.
Multæ tribulationes iuſtorum, & de his omnibus li-
berauit eos dominus. Si nos implere, & cuſtodire con-
tendimus quod præcepit, ipſe non tardat nobis red-
dere quod promiſit. [Sed in omni oratione, & obſecra 2.Pet.3
tione, cum gratiarum actione, petitiones ueſtræ in-
noteſcant apud deum.] Ne forte tribulationibus
afflicti, eas cum murmuratione aut triſtitia ſuffera-

Iob 2 mus:quod absit sed cum patientia & hilaritate gratias
1.Thess. 5 agentes deo semper per omnia, ut possit oratio nostra
Iob 5 digna esse auribus domini saluatoris, qui uulnerat &
1.Reg.2 medetur, occidit & uiuificat. Qui flagellat sua miseri-
Heb.12 cordia omnem filium quem recipit. Vnde dicit Aposto
Apocal. 3 lus. Beatus uir qui suffert tentationem, quoniam cum
Iacobi 1 probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromisit deus diligentibus se. Sequitur: [Et pax dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra, et intelligentias uestras, in Christo Iesu domino nostro.] Si in timore, & amore dei malos sustinetis, & ingra-
Lucæ 23 tos, ut Christus ipse qui pro suis persecutoribus exorabat. Si hoc recogitemus, sua pace omnem mentem furiosam superat, & inclinat, atque ad concordiam prouocat. Et ita, pax Christi custodiat corda uestra in mansuetudine, & pietate, & intelligentias uestras in sua uo
2.Cor. 7 luntate. Ideoq; dilectissimi nobis secundum Aposto-
Phili. 2 lum, mundemus nos ab omni inquinamento carnis, &
1.Cor. 5 spiritus perficientes sanctificationem nostram in timore et amore dei. Expurgemus uetus fermentum de cordibus nostris, id est, omnem amaritudinem, & malitiã,
Ephesi.4 odium & inuidiam, iracundiam simul & auaritiam,
1.Pet. 2 omnem fugiamus immunditiam, & declinemus car-
1.Cor. 10 nis concupiscentiam, superbiam quoq; & inanem gloriam, detractionem pariter & murmurationem, periuriũ, & falsum testimonium, ac fomitem omniũ malo
Ephesi. 5 rũ ebrietatẽ & uentris ingluuiẽ uelut mortẽ fugiamus
Gal. 5 ęternã: Quia hęc sunt quę mergunt hominẽ in interitũ
Rom. 8 et perditionẽ. Hæc sunt quę requirit in nobis hostis antiquus in die exitus nostri. De quibus si uel ulla inuenerit in nobis non emendata, & non per confessionem expulsa reos sibi uindicat ad inferni claustra, & ad ęter
Pugnan- na secum trahit sustinere tormenta. Nos autem fra-
tres

tres dimittamus illa, & pugnemus contra ea fortiter, ut coronemur feliciter. Adsistamus perseuerantcr in his quę nos ad uitam deducant æternam, per quæ nobis præmia præparentur beatitudinis æternæ: Id est, præcepta dei quotidie quantum ipsius auxiliante gratia ualemus, adimplere studeamus: Fidem rectam iugiter in corde nostro renouemus, quia sine uera fide nemo deo placere potest. Quomodo enim uere credit, qui bonum quidem intelligit, sed opere adimplere contemnit: Et malum quod uitare debuit, perpetrare nō formidat? Fides enim sine operibus mortua est. Adiuncta autem bona opera fidei, uitam promerentur æternam. Præstante domino nostro Iesu Christo. Qui uiuit &c.

dum contra peccata uiriliter.
Gal. 5
Matth. 5
Heb. 11
Lucæ 6
Matth. 7
Iacobi 2

¶ In dedicatione ecclesiæ, lectio libri Apocalypsis Ioannis.
capite 21.

IN diebus illis. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cœlo à deo paratam, sicut sponsam ornatam uiro suo. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

SAncti templi domini dedicationem quotiescunque solenni ueneratione colimus fratres charissimi, oportet nos diligenter ac solicite cogitare, ut caste & sobrie nos ad eadem festa cum sanctis, & deo placitis operibus præparemus, quia totum hoc quod in manufactis ędificijs ueneratur, & colitur, omne hoc in nobis spirituali constructione perficitur. Non enim mētitus est ille qui dixit. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Quibus meritis, nisi per gratiam dei meruimus fieri templum dei? Vnde Ioannes ait: [Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cœlo, à deo paratam, sicut spōsam ornatam

2. Cor. 3. 6.
Templa uera spiritus nos sumus.
Sponsa ec

clesia di- uiro suo.] Sponsam hoc loco ecclesiam uult intelligi
citur. spiritalem, id est, sanctorum fidelium animas in san-
Sponsæ cta ecclesia congregatas, quæ sponsę Christi esse dicun
quare di- tur, propter decorem castitatis, & sanctimonia uirtu-
cantur a- tũ, quibus sancta ecclesia necesse est, sit adornata, quia
nimæ iu- per temperantiam, & continentiam, seu etiam per san-
storum. ctam castitatem & studium bonæ operationis, cum fi-
de recta, & charitate perfecta impossibile non est
quenquam placere deo, uel sancti spiritus habitacu-
lum fieri posse promereri. Vnde sequitur: [Ecce taber
naculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis, &
ipsi populus eius erunt, & ipse deus cum eis erit eo-
rum deus.] Non enim tabernacnlum hoc manufa-
ctum in eremo, sed sanctam ipsam etiam fidelium con
gregationem designatam demõstrat, in qua deus ipse,
& dominus noster Iesus Christus per suam sanctam
gratiam, & misericordiam, dignum sibi habitaculum
quotidie per bona opera, & per sanctam conuersatio-
nem præparare dignatur. Quosque filios, & popu-
los proprios, in sua sancta uoluntate permanentes, uo
Ioan. 1 care dignatur, sicut idem Ioannes alibi ait: Quotquot
autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei
fieri, quibus & ipse æterna beatitudinis præmia largi-
turus est. Nam subditur: [Et absterget deus omnem
lachrymam ab oculis eorum.] Tanta illius ciuitatis
Regni cœ sanctæ, id est, sanctæ congregationis, & tam celsa mu
lestis gau nera dei claritatis apparebunt in futura uita, ut nulla
dia. remaneant uestigia uetustatis, quandoquidem & cor-
1. Cor. 15 pora terrestria æterna in corruptione sublimantur, &
sanctas animas æterni regis pascet intuitus sempiter-
nus. [Et mors ultra non erit, neque luctus, neque cla-
mor, neq; dolor erit, quæ prima abierũt.] Quod & ita
potest intelligi, ut sanctę ciuitati quę est sancta fideliũ
eccle-

ecclesia, nouissimo iudicio glorificatæ, dolor, luctus, & mortalitas amplius non nocebunt, sed in gehenna remanebunt. Vnde sequitur: [Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia.] Sic & Paulus ait: Transierunt uetera corruptionis omnia mala; & ecce deus omnia noua immortalitatis æternæ sanctis, & fidelibus suis præparare se prædixit multis uaticinijs. Nos autem quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus, ne deus noster in templo suo, hoc est, in nobis ipsis inueniat, quod oculos suæ maiestatis offendat, sed habitaculum cordis nostri euacuetur uitijs per confessionem, per pœnitentiam ueram, & uirtutibus sanctis, per dei gratiam & per sanctum studium nostrũ repleatur. Claudatur diabolo in nobis ingressus, & aperiatur Christo. Itaque laboremus, ut nobis bonorum operum clauibus ianuam regni cœlestis aperiamus. Sicut enim malis operibus quasi quibusdam seris, & uectibus uitæ nobis ianua clauditur, ita absque dubio bonis, & sanctis operibus aperitur. Et ideo fratres charissimi unusquisq; cõsideret conscientiã suam, & quando se aliquo crimine uulneratum esse cognouerit, prius orationibus, ieiunijs, uigilijs, & eleemosynis studeat mundare conscientiam suam, & sic eucharistiam præsumat accipere. Si enim agnoscens reatum suum, ipse se à diuino altari subduxerit, cito ad indulgentiam diuinæ misericordiæ perueniet. Quia sicut qui se exaltat humiliabitur, ita qui se econtrario humiliat, exaltabitur æterna coram deo gloria, & beatitudine sempiterna. Per dominum nostrum Iesum Christum, qui uiu.

2.Cor.5 Esaiæ 42 Esaiæ 65

Opera bona claues regni dicuntur.

Peccatis ianua cœli clauditur.

Lucæ 11 Tobiæ 4. Daniel.4. 1.Cor.11 Lucæ 14 & 18

¶In natali Apostolorum. Rom. capite 8.

FRatres, Scimus autem quoniam diligentibus

deum, omnia cooperantur in bonum,his qui secũdum propositum uocati sunt sancti. &c.

Homilia lectionis eiusdem.

BEatissimorum Apostolorum passio fratres charissimi, quorum hodie natalem solenniter celebramus,cunctis est honoranda credẽtibus, quos pro iustitiæ pietatisq; plenitudine,saluator mundi humano generi, & patres esse dedit,& iudices: quantę autem æquitatis & pietatis fuerint,ex apostolica lectione potest animaduertere dilectio uestra. Ait nanque. [Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum,his qui secundum propositum uocati sunt sancti.] Non solum autem apostolis sanctis,sed & omnibus in ecclesia fidelibus quæcunque fecerunt,uel faciunt bona,uel quæcunquæ passi fuerunt, uel patientur propter nomen domini, omnia illis ad mercedem peruenient æternam. Bene dicit,qui secundum propositum uocati sunt sancti. Secundum propositum,id est,secundum hoc quod ad ęternam uitam prędestinati sunt. Quia multi uocati, pauci uero electi. [Nam quos præsciuit,& prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui,] secundum quod proposuit sola fide saluare quos præscierat credituros, & quos gratia sua uocauit ad salutem, multo magis glorificat ad salutem in bonis operibus perseuerantes. Ergo quos præuidit conformes filij sui futuros in illa uita uoluit ut conformes fierent in gloria, qui transformauit corpus humilitatis nostræ, conforme fieri corpori claritatis suæ. [Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.] Hic nanque secundum quod æternaliter ex patre natus est filius dei,unigenitus dei filius dicitur,quia si esset ipse filius dei per naturam,ita nos adoptiuos fecit esse per gratiam dei filios. [Quos autem prædistinauit,

Mat. 19 Apostoli patres & iudices.

Mat. 22

Philip. 3

1. Cor. 15

Ioan. 1

nauit,hos & uocauit,& quos uocauit,hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & magnificauit.] Quos uocauit credituros,hos ad fidem uocauit. Vocatione autem uolentes collegit,non inuitos. Quia uocantur per prędicationem,ut credant. Sequitur: [Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos?] Hic ostēdit,quod nihil potest impedire eos,qui diligentes deum diliguntur à deo, quominus gloriam quæ illis promissa est non consequantur,eo quod perfecta in illis charitas causam mortalis timoris foris expellat. [Qui etiam proprio filio suo non pepercit 1.Ioan.4
deus,sed pro nobis omnibus tradidit illum.] Permisit 1.Pet. 2
eum tradi per manus iniquorum, ut nobis patientiæ suæ demonstraret exemplum. [Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quia propter te mortificamur tota die,ęstimati sumus ut oues occisionis.] Psal. 43
Non propter aliquod crimen,sed propter te dixit. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorū. Hoc in nobis Christianis maxime impletur, quia non nobis licet, nosmetipsos defendere, sed exemplo dei, & magistri qui sicut ad uictimam ductus est,omnia illata debemus patientissime tolerare,si uolumus regnum cœlorum intrare. [Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos,] omnes tribulationes pro nihilo ducimus, propter eum qui nos tantum dilexit, ut etiam moreretur pro nobis. Et nos quando pro nomine eius seculo morimur, & concupiscentijs eius, maxime triumphamus; Præsertim cum leue sit pro se pati, quod pro alijs Christus Iesus pati dignatus est. [Certus sum enim quia neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus,neque potestates,neque instantia,neque futura, neque altitudo, neque profunditas, neque

1.Pet.4 Matth.5 Rom.12 Esaiæ 53 Apocal. 1 Ioan. 5 2.Cor. 4

creatura alia aliqua poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.] Ac si diceret Apostolus, et alius quilibet sanctorum. Pro certo
Gal. 1 confido, quia nec si quis mortem mihi minetur, nec si uitam promittat, nec si se angelum destinatum à domino dicat, nec si se angelorum principem mentiatur. Nec si honores terrenos conferat, neque si polliceatur gloriam futurorum, nunquam nos poterit à Christi
Ioan. 14 separare charitate. Sicut ipse ait: Si diligitis me, mandata mea seruate. Similiterq; imitationem amoris sui,
Ioan. 13 in fraterna charitate constituit dicens. In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem ha
1. Ioan. 4 bueritis in inuicem. Et Ioannes: Si fratrem quem uides non diligis, deum quem non uides quomodo po-
1. Tim. 1 tes diligere? Quia igitur initium, & finis bonorum omnium dilectio est. In ipsa sanctos apostolos, quorum festa colimus, imitari studeamus. Per ipsam enim ad tam celsum perfectionis culmen illi ascenderant, nihilq; eos ita dignos deo, ut uirtus charitatis effecit. In hac etiam nos iugiter ambulemus, ut cum sanctis apostolis ipsum dominum uidere mereamur, & incorruptibiles consequi coronas, gratia, & misericordia domini nostri Iesu Christi. Cui est honor, & uirtus.

Charitatem apostolorum imitemur.

1. Pet. 5

¶ Vnius Martyris, lectio libri Sapientiæ.

Ecclesi. cap. 31.

BEatus uir qui inuentus est sine macula, & post aurum non abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Qui potuit transgredi, & non est trãsgressus, facere malum & non fecit. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

IN præsenti lectione audistis fratres charissimi, quod beatus sit, [qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris.] Interrogemus fratres cõscien

tias

tias nostras, & uideamus si ita cupiditatem contemnimus, ut istius beatitudinis participes esse possimus. Dic mihi si reddidisti quando à solo solus, ubi deus inter uos fuerat, accepisti. Si tunc reddidisti, & si mortuo eo qui commodauit, nesciente filio reddidisti. Tunc laudandus es, beatus es, at quia post aurũ non abijsti, quia potuisti transgredi, & non es trãsgressus uoluntatẽ dei: quia potuisti facere malum, & non fecisti. Ita fratres, redite ad uos, interrogate uosmetipsos, respicite uos, & iuste decernite. Deus dicit in lege sua inuentionem esse reddendam: Vt qui res cuiuscunque inuenerit, tanquam alienam cito restituat: Quia sine dubio, & si ipse perdidisset, hoc sibi de alio fieri uoluisset, secundum illud quod scriptum est: Omnia quæcunque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis similiter. Si quisque (uerbi gratia) inueniat in uia alienum sacculum solidorum, debet reddere. Considerate hoc fratres mei, nolite putare uos damnum pati, si quod à uobis inuentum fuerit, reddideritis. Credite quia magnum lucrum est, si feceritis quod suggero. Forte si aliquis ueniens in domum tuam perdiderit aliquot solidos, redde ei. Terra enim communis est, in una domo estis, in hoc mundo ambo uiatores estis: huius uitæ unum stabulum intrastis. Estote fideles inuentores, & tunc iniquos uituperate raptores. Nam si quod inuenisti, & non reddidisti, rapuisti. Qui negat alienum, si posset, & tolleret, quod ne tollas timor te cohibet. Non bonum facis, sed malum metuis. Et latro timet malum, & ubi non potest, non facit, & tamen latro est. Deus enim cor interrogat, non manum. Quid est quod dixi? quia si timore gehennæ non facis malum, non amore iustitiæ facis bonum. Aliud est timere pœnam, aliud est amare iustitiam. Quod dictum est: dilectissi-

Leuit. 6
Deute. 22
Restituenda sunt inuenta.
Matth. 7
Tobiæ 4
Matth. 16
Heb. 13
Mundus hic stabulum dicitur.
Augustinus.
1. Reg. 14

ctissimi filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus:

1. Ioan. 3

scimus quia cũ apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicut est. Ecce propter quam uisionem fac bonum, ecce propter quam uisionem noli facere malum. Si enim amas uidere deum tuum, in hac peregrinatione ad illum toto animo suspira, illum desidera. Ecce fac quo te probare uellet deus tuus, ut appareat pro quibus rebus diligas eum, utrum pro se ipso, an pro rebus terrenis quas tibi præstitit: Hoc ideo diximus fratres, quia sunt homines ita negligentes, & tepidi, & quod peius est etiam infideles, qui dicunt.

Qui in mundo delectantur uiuere.

Vtinam hic mihi deus in hoc seculo omnia bona tribuat. Non ad me pertinet quod in futuro seculo de me fieri uellet. O infelix anima, etiamsi te deus non mittit in pœnam, & tantummodo uidere te suam faciem non permittit. Nunquid non melius fuerat, te non fuisse natum?

Visio dei beatitudo.

Cum uero fieri non possit, ut qui faciem eius non meruerit uidere, ignem æternum possit euadere.

Matth. 25
Ioan. 5
Voluptuosi attendant.

Quare sic amas præsentis seculi uoluptatem, ut non expauescas ignis æterni ardorem? Si ergo sermo meus inuenit in cordibus uestris aliquam scintillam gratuitam amoris dei, ipsam nutrite, ad hanc augendam nos aduocate, prece humilitatis, dolore pœnitentiæ, delectatione iustitiæ, operibus bonis, gemitibus synceris, conuersatione laudabili, amicitia fideli. Hanc scintillam boni amoris, de qua dominus dixit,

Lucæ 12
Deus ignis consumens est.

Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat? Flate in uobis, nutrite in uobis: ipsa cum creuerit, & flammam dignissimam fecerit, omnium cupiditatum carnalium ligna consumit. Quod ipse præstare dignetur, qui cum patre, & spir.

¶Vt supra Paulus ad Timotheum.

2. Timoth. 2.

Charissi-

CHarissimi, Nemo militans deo, implicat se negotijs secularibus, ut ei placeat, cui se probauit. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

CVm beatus apostolus Paulus cœlestem militiam ostenderet, quam deo militauerat. Ait ad discipulum suum Timotheum, Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nos ergo Christiani fideles, ideo milites dicimur, quia hostes habemus, contra quos omni solicitudine, & labore iugiter dimicare debemus, si triumphi gloriam adipisci cupimus, id est, contra uersutias antiqui hostis. Ait enim: [Nemo militans deo implicat se negotijs secularibus, ut ei placeat, cui se probauit.] Comparatione militantium utitur, ut ostendat multo magis nos à negotijs secularibus liberos esse debere, si Christo regi nostro desideramus placere. Cum etiam milites seculi à proprijs actibus sępissime uacent, ut possint regi placere perfecte. Sequitur: [Laborantem agricolam oportet de fructibus terræ primum accipere.] Hic ostēdit sacerdotes, & clerum, primitias fructuum pro diuina ueneratione à populo debere percipere, ut ipsi mercedem æternæ uitæ percipiant. [Intellige quæ dico. Dabit enim tibi dominus intellectum. Memor esto dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis, secundum euāgelium meum.] Hoc contra illos ait Apostolus, qui carnis resurrectionem negant. Nouerit itaque dilectio uestra, nihil prodesse, si carnem nostram ieiunijs, ac uigilijs affligamus, & mentem non emendamus, aut quæ interiora sunt non curemus. Quid enim prodest afflictio corporalis, si linguas nequitijs, & obtrectationibus polluamus? Nonne omnes labores nostri ad nihilum rediguntur? Nonne opus nostrum, uel ut fumus, atque ut

Fideles Christi milites dicuntur.

Gal. 1

1. Cor. 15

Corporis castigatio sine mentis emendatione non prodest.

umbra

Esaiæ 1 umbra euanescit, & uelut stuppę fauilla in nihilum rędigitur? O quanti, & quam diuturni labores nostri subito pereunt, & quanta bona frequenter iam acquisita ac reposita, de manu rapiuntur, dum id quod acquirere studuimus, aut agere, aut custodire negligimus. Quapropter gratis nobis de corporis cruce, & pectoris afflictione blandimur, si exterior homo noster sanctis laboribus exercetur, & passionibus non curatur interior. Agnoscite itaque charissimi, quod ad salutem

Esaiæ 58 perpetuam abstinentia corporalis sola non sufficit, nisi & animæ quoque ieiunium per abstinentiam uitiorum fuerit sociatum. Quid enim iuuat, si sit quispiam

1. Tim. 4 corpore castus, & mente pollutus? Nónne ipse se fallit? Nónne ipse se irridet, ac decipit, si credat se sine reliquis uirtutibus solis ieiunijs deo placere? Sed ut mentem purgemus à uitijs, cogitemus illum iudicis incessanter aduentum, quem nemo potest dubitare quin ueniat.

Mat. 54 Qui utinã sic nos paratos inueniat, ut ad ęternam gloriam nos secum perducat, Iesus Christus dominus noster. Qui uiuit & regnat deus, per omnia secula seculorum, Amen.

¶Plurimorum sanctorum, lectio libri Sapien. Prouer. cap. 10.

EXpectatio iustorum lætitia, spes autem impiorum peribit. Fortitudo simplicis, uia domini, & pauor his qui operantur malum. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

DIuina pietas martyres, id est, testes suos per Salomonem ita consolatur & roborat, ut audiuit in præsenti lectione dilectio uestra. [Expectatio iustorum lætitia, spes autem impiorum peribit.] Patet, quia iusti lætantur in expectatioe uitæ sequen-

quentis, quamuis contristentur afflictione pressuræ præsentis. Vnde ait Psamista: Tu enim mihi refugium à pressura quæ circundedit me, exultatio mea. At uero impij qui se putant in futuro requieturos, aut certe nullos post mortem futuros, falluntur. Non enim huic repugnat sententiæ, quod supradictum est. Quod timet impius, ueniet super eum. Nos autem timentes mala quæ fecimus, digne ea pœnitendo, & confitendo, & eleemosynas largiēdo diluamus, ut ad exultationem, & lætitiam sanctorum dei peruenire mereamur. Nam & de his qui scientes delinquunt, subsequenter adiungitur. [Fortitudo simplicis uia domini, & pauor his qui operantur malum.] Si, inquit, abdita scripturarum intelligere non ualeas, non tamen de salute desperes, sed gradere solicite uiam domini. Age bona quæ nosti, & inter fortes connumeraberis. Sed merito paueant, qui recta quæ norunt, facere contemnunt. Quia certa restant, quæ sequuntur mala. [Statêra dolosa, abominatio est ante deum, & pondus æquum uoluntas eius.] Statêra dolosa, non tantum in mensuratione actionis, sed in iudiciaria discretione donatur. Nec non & ille qui onera importabilia imponit in humeros hominum, ipse autem ne minimo digito suo uult ea mouere: & qui bona in publico, & mala agit in occulto, pro iniquitate libræ dolosæ abominatur à domino. [Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia.] Quia superbi contumeliose agunt, per contemptum, siue per ignorantiam disciplinæ proximis contumelias ingerunt, uel certe quia omnis qui se exaltat, humiliabitur. [Vbi est autem humilitas, ibi & sapientia.] Vnde ipse dominus ait. Abscondisti hæc ab his, qui se sapientes æstimabant, & non fuerunt, & reuelasti ea paruulis, id est, humilibus, qui de scientia non extolluntur.

Psalm. 31
Prouer. 1
Daniel. 4
Lucæ 12
2. Pet. 2
Matth. 23
Lucæ 11
Statêra dolosa quæ sit.
Lucæ 14
Matth. 1

tur. [Mortuo homine impio, non erit ultra spes.] Notandum, quia & ipsis impijs post mortem spes ueniæ non est. Sunt tamen qui de leuioribus peccatis quibus obligati defuncti sunt, post mortem possunt absolui, uel cum pœnis castigati, uel suorum precibus, eleemosynis, missarum celebrationibus. Sed hæc quibuscunque fiunt, & ante iudicium fiunt, & de leuioribus peccatis. Qui uero se longo post iudicium tempore liberandos putant, falluntur. Et fortasse ad eos pertinet quod sequitur. [Expectatio solicitorum peribit.] Alia enim est solicitudo, qua boni adimplenda dei præcepta sunt accincti, alia qua reprobi consentientes peccatis, soliciti metuunt, quando æternam rapiuntur ad pœnam. Ideoque recte expectatio iustorum, qui deo solicita mente seruiunt, coronabitur. Eorum uero qui deum contemnentes, ante iudicium propria conscientia se accusant, condemnantur. [Iustus de angustia liberatus est, & traditur impius pro eo.] Ideoque qui peccata sua non pœnitendo dissimulant, & quicunque talibus uel communionis gratiam concedit, uel uitam æternam promittit, extraneum se facit à consortio sanctorum, & se ipsum profecto ante districti iudicis oculos ultionis dignum reddit. Qui autem hos cauet laqueos, securus erit in futuro. Qui nunc bene formidolosus est, sua peccata sedulus per pœnitentiam curat; & ab impœnitentium se societate seruat immunem. Ille enim bene proficit, ille bene cõsummat, qui quotidie sic agit, quasi semper incipiat. Quia augmenta meritorum, incitamenta debent esse profectuum. Simus itaque in opere dei indeficientes, propter æternam retributionem, & quotidie ad meliora tendamus, ut ad bona æterna peruenire mereamur. Per dominum nostrum Iesum Christum. Qui uiuit & reg.

Purgatorium. Matth. 25 In ignem æternum. Solicitudo bona & quæ mala sit. Hiere. 25 Prædicatores qui peccatori blandiuntur. 1. Co. 5 Doctrina bona.

¶Item alia, lectio epist. beati Petri apostoli. 1.Pet. cap.1.

BEenedictus deus, & pater dñi nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem uiuam, per resurrectionẽ Iesu Christi. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

PEr tantas glorias sanctorum martyrum, quibus nunc utique floret ecclesia, in magno profectu uerę fidei dilatata est super omnem terram. Vnde beati Petri apostoli lectio replicauit dicens. [Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi.] Cui soli reddenda est laus, & gratiarum actio, qui filium suum unigenitum ad saluandum mundum de captiuitate diaboli, misit in hunc mundum. [Qui secundum suam misericordiam regenerauit nos in spem uiuam, per resurrectionem ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem.] Magna misericordia dei fuit, & est, quod hominem, quem ad imaginem suam fecit, & æternum eum, & immortalem esse constituit, quod Adam perdidit per peccatum. Sed maior est iterum misericordia dei, quod ad hoc solum uenit in mundum, ut genus humanum iterum reformaret, & regeneraret per baptismum, & omnia peccata donaret credentibus, & sicut ipse pro omnibus mortuus est, & resurrexit, ita & in baptismo peccatis omnibus moreremur, & per gratiam, & misericordiam dei resurgeremus ad uitam. Ipse Apostolus dixit: [In uobis qui in uirtute dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultatis.] Per fidem enim, & sanctam conuersationem custodiuntur electi in terra: gratia, & benignitate domini inter innume-

1. Tim. 1
Ioan. 3
Tit. 3
Ephes. 5
Rom. 4
Rom. 6
Ioan. 16

Ioan.16 ras inimici conferuantur infidias,atq; inter diuerfas in mundo preffuras,& tribulationes. Sicut fancti martyres isti fecerunt,quorum hodie annua fefta recolimus, ut ad falutem paratam,id eft, ad regnum cœlefte perueniant,quod in nouiffimo, in quo exultatis tempore,
Matth.25 id eft, in die iudicij daturum fe fuis fidelibus dominus promifit, in quo fine fine exultabunt gaudio fempi-
2.Cor. 4 terno. Sequitur: [Modicum nunc oportet contriftari
Matth. 7 in uarijs tentationibus,ut probatio ueftræ fidei multo
Actu. 14 precioſior fit auro,quod per ignem probatur.] Quia fi omnes quis in hoc feculo paffiones, uel quæ cogitari,uel effici poffunt, pro Chrifti nomine patietur, quæ
Rom. 8 omnes uno terminantur momento. Nunquam tamen condigne aliquid quod æternæ gloriæ poffit comparari, quæ fidelibus promittitur, poterit fuftinere, neque fufferre per tribulationes in mundo. Sed tale eft hoc, quod alibi dicit. Qui plus laborat pro domino, plus mercedis accipiet à domino. Hinc eft quod Ia-
2.Cor.9 cobus apoftolus ait: Gaudete, cum in tentationes ua-
Iacobi 1 rias incideritis, figentes fpem in domino, & ipfe uo-
2.Tim. 2 bis tribuet fortitudinem triumphandi: Quia qui per-
Matth.10 feuerauerit in agone,hic coronabitur. [Inueniatur in laudem, & gloriam,& honorem, in reuelatione Iefu Chrifti.] Quia in reuelatione Iefu Chrifti,omnes fancti, hoc eft, in futuro iudicio, omni laude, & benedictione,omni gloria, & honore coronabuntur à domi
Matth.25 no,quando dicturus eis erit. Venite benedicti patris mei,percipite regnum,quod uobis paratum eft ab origine mundi. [Quem cum non uideritis diligitis, in quem nunc quoque non uidentes creditis.] Inde eft, quod ipfe dominus ait: Beati qui me non uiderunt,&
Ioan.20 crediderunt. Qui autem nunc in ecclefia dei crediderint

rint, & bonis moribus, & sanctis operibus suam fidem demonstrant, tunc in regno dei cum sanctis angelis gaudebunt lætitia inenarrabili, quam nec oculus carnalis uidere potest, nec auris humana audire, quam lingua ulla non ualet enarrare, quæ nec in cor hominis ascendere potest, quia magna est gloria quam præparauit deus diligentibus se, & custodientibus mandata sua. [Reportantes finem fidei uestræ, salutem animarum uestrarum.] Id est, præmia bonorum operum, quæ gessistis in salutem uobis æternam. Præstante domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat deus per omnia secula sec.

1. Cor. 2
Esaiæ 64

¶In natali Confessoris. Ecclesiast. capite 44.

ECce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo, & inuentus est iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

QVamuis lectio ista, quam nunc audistis fratres charissimi, de aliquo terreno sacerdote, & confessore Christi recitata uideatur secundum historiam, de Christo tamen historialiter, & spiritualiter intelligitur qui est uerus, & summus pontifex, qui pro nostra redemptione semetipsum immaculatam hostiam deo obtulit, & suo nos proprio sanguine redemit, & reconciliauit deo patri suo. [Ecce inquit sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo, & inuentus est iustus.] Ipse est enim sacerdos, ipse est hostia, qui pro ouibus suis posuit animam suam, et pro grege suo dignatus est mori, ut gregem suum, id est, omnes sibi credentes in ecclesia ab æternæ mortis periculo liberaret. Quod ipse solus in diebus suis fecit, quando incarnari

Heb. 9. & 2. 5. 4. 5.
Ephes. 5
Apocal. 1
Rom. 5
Ioan. 10
Osee 13

Baruch 3 pro nobis uoluit,& cum hominibus in carne uersari di gnatus est, quod nullus ab initio seculi iustus, & sanctus usque tunc temporis facere potuit, ut diabolum mortis autorem uinceret,& omnibus fidelibus suis potestatem in illo triumphandi largiretur. Ad exemplum enim operationis suæ,sicut ipse pro ouibus suis fecit,etiam sanctos apostolos,& successores eorum sanctos scilicet sacerdotes in ecclesia in suam uicem constituit, de quorum collegio beatus est iste sanctus, cu-
Pastores ius hic hodie celebramus solennia. Vt sicut ipse passus
pro oui- est pro ouibus suis,ita & ipsi pro Christi ouibus nulla
um salu- formidarent sustinere tormenta. Hoc autem inter uos
te mori differt,& gregem, quia unusquisque ex Christi ouibus
non time de se solummodo redditurus est rationem, uos autem
ant. & de uobismetipsis, & de omnibus uobis commissis.
Pastoris Infideliter, & segniter gesta,id est,negligenter,ad im-
& gregis manissimam præcipitant pœnam. Vos autem ó Chri-
differen- stiani nolite paruipendere, quia Christi sanguine em-
tia. pti estis, sed diligenter attendite, & præceptis eius in
Heb.13 omnibus obedite, si ad ueram uitam, & ad uisionem
Lucæ 12 dñi dei nostri ęternã peruenire desideratis, ea quę ipse
1.Cor.6 docuit,& operibus demonstrauit,imitari, & adimple-
1.Pet.1 re omni studio contendite, ut præmia æternæ beati-
Heb.5 tudinis mereamini percipere. Sequitur: [Et in tem-
Deute.21 pore iracundiæ factus est reconciliatio.] Nisi enim
Gal. 3 Christus ab iracundia,& maledictione,quam propter
Rom. 5 peccatum Adæ meruimus, liberaret, & deo nos sua morte reconciliaret,adhuc genus humanum in hac malitia remaneret. Ita & adhuc est in ecclesia, cum quis se iterum post baptismum in malitiam allegauerit peccatorum, nisi iterum per sacerdotem sua confessione
Ioan. 20 absolutus fuerit, & deo per sanctorum, atque bono-
Matth.16

rum

rum hominum orationem reconciliatus fuerit, in æter
na maledictione cum diabolo permanebit. [Non est
inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Ideo
iureiurando fecit illum dominus crescere in plebem su-
am.] Nemo enim similis Christo inuentus est inter 1.Pet.2
homines, quia ipse solus sine peccato, quod nunquam Esaiæ 53
ullus alius fuit, nec si unius diei fuerit uita illius. Sequi- Iob 15
tur: [Benedictionem omnium gentium dedit illi, &
testamentum suum confirmauit super caput eius.] Be Genes. 25
nedictionem igitur omnium gentium quam seruo suo Actu. 3
Abrahæ in Christo uenturam promisit, impleuit, quia Matth. 3
suo baptismate quod in Iordane flumine accepit à Io- Col. 2
anne, omnes sanctificati sunt, & æternæ maledictio-
nis chirographum mundo deletum est. Similiter quo- Ioan. 19
que in sanguine qui ex sanctissimo latere Christi ema
nauit, benedictio omnibus æterna data est fidelibus, et Lucæ 11
mors æterna destructa, & diabolus alligatus, nisi nos Peccatis
iterum eum post baptisma proprijs absoluamus deli- diabolus
ctis. Propterea enim pastor pro grege sibi credito so- soluitur.
licitus uigilet, ut ouium dominicarum numerus pro- Heb. 13
speris successibus crescat. Idcirco etiam labores agrico- Iacobi 5
la longanimiter tolerat, ut uineæ fructus bonos, at-
que uberes capiat. Ideo sacerdos tanquam pater popu Sacerdos
lum quæ sancta sunt, docet, ut de perfectione populi ut pater
obedientis exultet. Omnes igitur uos solicite conueni- esse de-
mus, cunctos admonemus, uniuersos humiliter obse- bet.
cramus, pusillos, & magnos: seruos, & dominos: pau-
peres, & diuites: humiles, & sublimes. Filij boni estis, Sacerdoti
reddite honorificentiam patri. Christiani catholici Christia-
estis, exhibete obedientiam sacerdoti. Veraciter tene- ni obtem
te catholicam fidem, puram uobis inuicem reddite cha perent.
ritatem. Nolite igitur esse difficiles ad tribuendam pec Marci 12

Matth.18 cantibus ueniam, quando ab episcopo rogamini, si uul
Episco- tis etiam uos peccatorum ueniam promereri. Cogno-
pus dici- scite in eo mediatoris esse personam. Humilis est uobis,
tur medi- humilis est pro uobis, humiliter uos rogat pro famu-
ator. lis uestris, humiliter deum postulat pro iniquitatibus uestris. Ac per hoc quod à uobis meretur, cum uos rogat, hoc impetrat à deo pro uobis, id est, ueniam uobis omnium delictorum uestrorum. Per dominum nostrum Iesum Christum, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & reg.

¶ Alia in natali Confessoris. Hebreo. capite 7.

FRatres, Plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere: Hic autem eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

MAgna est doctrinæ cœlestis autoritas fratres charissimi, ex qua lumen salutis æternæ conquiritur, si non ei contumaciter humana cæcitas reluctatur. Hanc uero autoritatem in duobus
Ioan.1 testamentis clementia diuina constituit. Quorum uetus per Moysen fidelem seruum, nouum uero per seipsum dei filius inchoauit, quod nobis lectio apostolica recitata commendat. [Plures facti sunt sacerdotes.] secundum legem. [Idcirco quod morte prohiberentur permanere.] Qui mortales erant, nec permanere perpetuo poterant, ut alij mortales erant ho-
Heb.9 mines, sic & nos sumus. [Hic autem.] Id est, Christus, [eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium, unde & saluare in perpetuum potest acceden-

cedentes ad dominum.] Quia ęternus, immortalis est, atque omnipotens, ideo omnes accedentes ad se per confessionem ueræ fidei, credentes ipsum cum patre, & spiritu sancto, unum esse in natura, unum in substantia, unum in maiestate, & omnipotentia, unam in sancta trinitate diuinitatem, tres in personis, unitatem in æternitatis natura, salute, & uita æterna cum ipso, in gloria & beatitudine coronat, si in eadem fide sanctis, & iustis perseuerant operibus. [Semper uiuens ad interpellandum pro eis.] Vt sicut ipse æternus est, & immortalis, usque in futurum iudicium, quando redditurus est unicuique secundum opera sua, semper ad deum patrem suum pro suis interpellat fidelibus, eisq́ qui rectam fidem operibus sanctis, & sibimetipsis ad salutem, & alijs ad exemplum bonæ uitæ demonstrant. [Talis enim decebat, ut nobis esset pontifex.] Christus quippe in nouo testamento [sanctus,] id est, unctus à patre, & spiritu sancto, & sanctificans per gratiam suam omnes credētes in se. [impollutus, segregatus à peccatoribus,] solus sine peccato, qui peccata nostra portauit in corpore suo super lignum crucis, omnibusq́ fidelibus peccata in baptismo donat uniuersa. [Excelsior cœlis factus,] id est, humanitatem quam assumpsit à nobis, et in qua passus est, mortuus, & sepultus, in qua resurrexit à mortuis, supra cœlos ascendendo exaltauit, & in dexteram patris collocauit. Ibiqúe omnes perseuerantes in obseruatione mandatorum eius, se collecturum esse testatur dicens. Pater, uolo ut ubi ego sum, illic & ministri mei sint, ita, ut ipse in iudicio his qui à dextris eius erunt dicturus erit. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi. [Qui non habet quoti-

Catholica fides.

Mat. 16. & 25

Christus pro quibus orat.

1. Pet. 2

Esaiæ 53

Actu. 1

Marci 16

Ioan. 17

Matth. 25

die necessitatem, quemadmodum sacerdotes] mortales in ueteri lege, seu etiam in nouo testamento, [prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro popu-
Heb. 9 lo. Hoc enim fecit semel, se offerendo] dominus no-
Ephesi. 5 ster Iesus Christus. Qui in cruce se pro nobis obtulit
Osee 13 immaculatam hostiam deo patri suo, & nos liberauit
Rom. 5 à captiuitate diaboli, & morte æterna, & reconciliauit
Ephes. 2 nos deo patri, unamq; fecit esse familiam angelorum
Gal. 4 & hominum, ęternamq; nobis uitam, & gloriam cum
Sacrificium missę illis possessuros esse constituit: nobisq; ipsius passionis suæ imitationem in sacrosancta missarum oblatione ad remedium quotidianorum delictorum tribuit gratia, & misericordia sua dominus noster Iesus Chri-
Sancti inuocandi quomodo. stus. Reuera enim charissimi nobis, oportet nos omnes spirituali iucunditate in sanctorum confessorum dei festiuitate lætari, ipsosq; ut pro nobis diuinam clementiam interpellant dignis precibus implorare. Quod apud eos impetramus, scilicet ut intercedant pro nobis, si nos eorum esse in sancta conuersa-
Sanctos imitari quid sit. tione imitatores cognouerint. Quid igitur est imitari sanctos, nisi imitari Christum, cuius sectatores ipsi fuerunt? & ideo propter iustitiæ, atque sanctæ charita
Ephes. 5 tis culturam ad regnum cœlorum peruenerunt. Qua-
Ioan. 9 propter si nos ad regna cœlorum peruenire cupimus,
Matth. 25 in hac uita tantum ubi possumus, iustitiam colere de-
Gal. 6 bemus. Cuius iustitiæ opus est, ut nos deo à quo facti sumus uotis omnibus in suorum operatione mandatorum consentaneos reddamus. Nec dominari nobis
Rom. 6 ea, id est, carnis concupiscentias, quibus sumus naturaliter præpositi, permittamus, sed dominetur uitijs caro, subijciatur corpus animo; animus deo. Atque ita nobis uoluntarie sibi subiectis, desideria mala subijciat,
ut ex

ut ex ipsis actibus nostris, qui sit habitator noster, & cuius in nobis sit uoluntas appareat. Ipso auxiliante, cui est honor, & gloria, uirtus, & potestas, in secula seculorum, Amen.

¶In natali Virginis. 1. Corinthior. 10. & 11.

FRatres, Qui gloriatur, in domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus commendat. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

QVia hodie dilectissimi nobis natalem sacræ uirginis celebramus, dignum est, ut eius sanctitatis imitemur exempla. Ideóque ea quæ ex apostolica lectione audiuimus, ad ædificationem salutis nostræ oportet attendere. Ait nanque Apostolus: [Fratres, qui gloriatur, in domino glorietur.] Ac si diceret. Quisquis deo fidelis, tam digna, & deo placita opera faciat, ut gloria pro eius dignus sit, caueat, ne uirtutes quæ in eo operatę sunt, humanæ laudis appetitu euanescant, ne hic humano fauore suam recipiat mercedem, & æternę pro eius pręmium perdat. [Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus commendat.] Seipsum enim commendat, id est, exaltat, qui hic ab hominibus laudes quærit. Illũ uero dominus commendat, qui bonorum operum meritis pollens, à domino se tantum, non ab hominibus laudandum appetit. [Vtinam sustineretis modicum, quid insipientiæ meæ.] Monet Apostolus. ut si ab hominibus illatas iniurias, quamuis irato animo, cum nos ulcisci non possumus, comportamus, quanto magis nos oportet illatas iniurias propter nomen domini sustinere: Et ipsius domini nostri exempla ad nostram imita-

Superbia bona opera inficit. Matth. 6

Commendare seipsum quid sit.

Iniuriæ illatæ su-

stinendæ sunt patienter. imitari salutem, qui pro suis persecutoribus exorauit dicens in cruce: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sicut & ipse alibi docet dicens: Diligite inimicos uestros, benefacite his, qui oderunt uos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus uos, ut sitis filij patris uestri, qui in cœlis est. Sequitur: [Sed & supportate me.] Ac si diceret: Qui homines quanquam inuiti uobis iniuriantes sustinetis. Christum etiam deum, cum uobis (peccatis exigentibus) aliquid tribulationis, aut molestiæ intulerit, omni patientia, & humilitate sufferte, ut tribulationis ipsius angustias, siue gehennæ ignis incendia euadere possitis. [Aemulor enim uos dei æmulatione. Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo.] Id est, non in alios stimulo liuoris inflammemur, sed nosmetipsos primitus corrigentes à malis nostris, et ita demum alios quantum possumus domino largiente, diuinę charitatis zelo delinquentes corrigere ad illorum & nostrorum simul, coram deo studeamus profectum. Quod si quis est qui sibi de præteritis illesæ uitæ meritis blandiatur, & adhuc innocentem se transisse putet ad domini seruitutem, & ideo credit se esse securum, is saltem in alijs respiciat quam incerti, & quam lugubres sint exitus uitæ, de qua dicitur. Ne laudaueris hominem in uita sua. Et cum hoc perspexerit, etiam si de præterito putat se non habere quod lugeat, de futuro tamen inueniet se habere, quod timeat. Nemo ergo de præterito securus sit: tanti laquei obiecti sunt ante pedes animæ nostræ: tam innumeri hostes obseruant, & custodiunt iter nostrum: tantæ foueæ, & tam prȩruptæ: tantæ rerum difficultates interiacent inter nos, & finem nostrum. Via ipsa quæ per se arcta, & ardua est, tantis spi-

Lucæ 23
Matth. 5
Lucæ 6
1. Cor. 11
Lucæ 6
1. Cor. 9
Ecclesi. 11
Laquei multi homini intenduntur.
1. Petri 5

tis spiritalium latronum insidijs obsidetur, tantos nos scopulos, tantósque fluctus transire necesse est, & ideo ignoramus quid eueniat, antequam anchoram optato in littore collocemus: & putamus nos de præteritis debere esse securos: & sine quotidiana cura, & sine quotidiano timore, & tremore diem nostrum debere transire. Nec hoc nobis sufficere putemus ad plenam salutem, quod inter seruos dei, uel habitatione censemur, uel nomine computamur. Clamat enim nobis dominus noster. Non omnes qui dicunt mihi domine domine, intrabunt in regnũ cœlorum. Hoc quare? quia non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Per Iesum Christum dominum nostrum. Cui sit laus, & potestas, in secula seculorum, Amen.

Matth. 7

Via regni latronum insidijs obsidetur.

Matth. 7

Rom. 2

Iacobi 1

¶In natali Viduæ. Prouerbiorum capite 31.

MVlierem fortem quis inueniet? procul, & de ultimis finibus præcium eius. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

REx magnificus, et potentissimus Salomon, cum multa de Christi incarnatione, & passione eius narrasset per sapientiam suam simulq; de sancta ecclesia, quæ de Christo, & per Christum sumpsit, quàm plurima dissereret, ait inter cætera, quod in præsenti lectione audiuit dilectio uestra. [Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de ultimis finibus precium eius.] Mulier fortis, ecclesia catholica uocatur. Mulier uidelicet, quia spirituales deo filios ex aqua & spiritu sancto gignere consueuit: fortis, quia cuncta seculi aduersa, simul & prospera pro conditoris sui fide contemnit, quam ipse in carne apparens infirmam quidem

Ecclesia catholica mulier fortis dicitur.

Ioan. 3

dem inuenit, sed inuentione sua, hoc est, pia uisitatione fortem reddidit. Vnde post eius redemptionem ad cœlos rediens, supernis ciuibus gaudens aiebat. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Hoc est enim quod ait, procul, & de ultimis finibus precium eius. Procul uidelicet statu temporis, quod à diebus Salomonis usque ad partum uirginis intererat. De ultimis autem finibus, quia à summo cœlo egressio eius, qui non aliud pro nostra redemptione precium, quam seipsum obtulit. Vnde Apostolus ait: Qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, hostiam deo, in odorem suauitatis. Quamuis & ita recte possit intelligi: precium sanctæ ecclesiæ procul positum fuisse, quia incarnatio uerbi dei, & conuersatio Christi longe à nostræ est naturæ conditione discreta: quia uidelicet ille, et quando uoluit, et de qua uoluit matre natus est, & sine peccato uixit in mundo, & quando uoluit, & qua uoluit morte decessit à mundo. Tempus quoque resurrectionis, & ascensionis suæ in potestate habuit, & cætera huiusmodi in quibus tam procul à nobis quàm cœlum distat à terra. Quia uero ecclesiæ quam redemit dominus, non solum uerbum salutis suscipere, sed & constanter pro illo certare, & hoc ipsum per mundum prædicare donauit. Merito subiungitur. [Confidit in ea cor uiri sui, & spolijs non indigebit.] Virum sanctæ ecclesiæ dominum ac redemptorem eius, qui etiam precium eius fieri dignatus est dicit. Vnde et Apostolus: Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Quod ergo dicitur confidit in ea cor uiri sui, ab humana nimirum consuetudine tractum est. Sic nimirum dominus et redemptor noster in ecclesia confidit: nouit enim spiritum

gratię

Lucæ 15
Psalm. 18
1.Cor.6
Ephes. 5
Esaiæ 53
1.Pet.2
Esaiæ 53
Ioan.10
Ecclesiæ uir Christus.
2.Cor. 11
Ecclesia in uera fi-

gratiæ quam dedit, nouit uirtutem charitatis quam eius præcordijs infudit: ideoq; non dubitat eam, non solum à suæ fidei integritate, nequaquam posse corrumpi, sed etiam perseueranter insistere, ut plures ad eiusde mfidei congreget unitatem. Hoc est enim quod sequitur. [Et spolijs non indigebit.] Spoliat enim diabolum ecclesia, cum per prędicatores suos eos quos ipse deceperat, ad ueritatis iter reuocat. Recte subditur: [Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus uitæ suæ.] Reddit quippe anima Christo bonum, cum perceptis uitæ muneribus recte uiuendo respondet: cum ea quæ ipsa scire, uel facere ab illo adiuta potuit, & iam illius laudi imputare satagit. Vnde merito reddet ei cum dixisset bonum, & non malum, ut perseuerantiam boni necessariam demonstraret, adiunxit. Omnibus diebus uitę suę. Cui simile est illud euangelicum: Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus uitę nostræ: quibus sane operibus, quibus iustitię, uel sanctitatis fructibus potissimum sit insistendum, ei qui propter bonum quod accepit domino gratias rependere satagit, subsequenter insinuatur cum dicitur. [Quæsiuit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum.] Huius principium uersiculi, fortis mulier hoc est sancta ecclesia etiam iuxta literam accipere & obseruare cõsueuit, iuxta illud propheticum. Cum uideris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Operatur autem non superuacuo, & cęco labore, sed eo utique consilio, ut ab ipso suo uiro domino uidelicet Christo in iudicio mereatur audire. Nudus fui, et operuisti me, et quam diu fecistis minimis meis, mihi fecistis. Operatur autem consilio manuum suarum, hoc est, earum personarum, per quas elec-

de permanebit firma. Matth. 16

Ecclesiæ spolia.

Perseuerantia in bono necessaria.

Lucæ 1

Esaiæ 58

2. Cor. 15

Mat. 25

eleemosynam pauperibus tribuit, in quorum opere de
Psalm. 111 uoto illo, saluberrimoq; utitur consilio, ut cum disper-
git, & dat pauperibus, non ipsa ab hominibus laude-
tur ad tempus, sed iustitia eius maneat in seculum secu-
li, cornu eius exaltabitur in gloria. [Fallax est gloria]
laudis, quam ab homine accipit homo, [uana pulchri-
tudo] castitatis, uel operationis bonæ, quam homini-
Homo laude dignus qui sit. bus ostendit anima, quæ timore caret diuino. At illa
conscientia uera est laude digna, quæ timorem domini
in omnibus seruat. Non enim ut fauores hominum su
peruacui, sed opera nostra bona glorificent nos coram
Gal. 1 patre nostro, qui in cœlis est, studere omnimodis de-
Matth. 6 bet prouidentia nostra. Ipso auxiliante, probante, ac
remunerante, cuius habemus donante gratia quod a-
Laudare deum quomodo debemus. gere debemus, eiusq; clementia miserante, à quo ut
laudari mereamur in futuro, concedat ipse pro-
pitius nos dignis in præsenti uita eum col
laudare seruitutis laudibus, cui sit
laus, & potestas, honor, & im
perium, per infinita
secula, Amen.

D. AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI homiliæ de resurrectione fidelium.



NTER cætera beneficia domini, ac saluatoris nostri fratres charissimi, quibus suos fideles ditare dignatus est, eosque erudire, qualiter ad regna cœlorum ualeant peruenire, tranctare nos oportet sanctæ dei ecclesiæ mysterium, quantum diuina largiente gratia ualeamus: Vt etiam salutis nostræ autoritatem, uel quam ob causam in unam nos domum nomen congreget attendamus. Ecclesia nanque congregatio iustorum dicitur. Quam quippe ecclesiam Christus sibi proprium sanguinem pendēs in cruce fundēdo redemit, atque fundauit: Quia nisi ipse idem dei filius, & æternus deus, & omnipotēs, semper cum patre, & spiritu sancto æternus, & coæqualis, et consubstantialis manens per omnia, carnem pro humana redemptione assumpsisset, & homo fieri dignatus fuisset, & propria dispensatione carnis suæ multa etiam, & mirabilia signa gerens, multaque salutis documenta uerbis demonstrans, & exemplis, suos fideles sectatores, & seruientes proprio redemisset sanguine, nequaquam iusti, et sancti uiri in mundo in unam conuenirent ecclesiam. Quicunque salui esse in æternum desiderant, & ad æternam uitam, ac beatitudinem, & gloriam peruenire: congregatos esse necesse est, quia sine illa, extra illā nemo in mundo natus erat, nec amplius

Ecclesia quid sit. Ephes. 5

Ioan. 11

Vnitate saluamur

plius nasciturus, qui saluari poterit, uel uitam æternam sine tristitia, & sine omni dolo ualeat ullis bonis operibus promereri. Duobus etenim modis ecclesiam dicimus, unam corporalem, & cœlestem. Ecclesia nanque corporalis est, atque terrestris, domus manu hominum facta, in qua unius, & ueri dei solummodo geritur cultus, ab ecclesia corporali, id est, à congregatione fidelium, & iustorum hominum, qui in una domo, id est, in una concordia, in unanimitate, in una pace, in una spe, fide, & charitate, uno regenerati deo baptismate in una dei laude, & supplicatione, quamuis diuersæ sint hominum linguæ, unum tamen deum omnes adorant, & uenerantur, & pro æterna suauitate, salute, & gloria, atque præsenti uita, una uoce, pura confessione humiliter implorant. Et hoc non ideo in una domo, id est, in ecclesijs manufactis gerunt, quod in hoc solum loco deum sibi propius esse credant, qui ubique omnibus præsto est, plenus, & perfectus, sed ut in unam domum congregati, ipsum nomen domui illi adfirment, ubi multorum est congregatio iustorum. Et quod specialiter omnes singuli, ubicunque sunt, die, & nocte gerunt, id est, deum omnipotentem orant, pro sua uita, æterna salute, & deum unum uenerantur, hoc omnes in unum collecti generaliter faciant: Quia ipse dominus eis promittere dignatus est dicens. Vbicunque duo, uel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Spiritualis autem, & cœlestis ecclesia est, animæ iustorum hominum, simul & angelorum sanctorum consortium, in unius dei laude conuenientium in unum, et congratulantium in unius æterni, & omnipotentis, & ueri dei uisione. Qua etiam uisione nihil preciosius, nihil lætius, nihilque beatius erit, qua

Ecclesia una corporalis alia cœlestis.

In ecclesia Christi unitas.

Deus ubique.

Ioan. 4

In templis quare conuenimus.

Matth. 18

Ecclesia spiritualis quę sit.

Visione dei nihil lætius.

quia qui deum in æternum uidere meruerit in cœlesti Hierusalem, nihil ei amplius mali nocebit. Cæterum dominus ipse domum orationis ecclesiam manufactam appellat dicens: Domus mea domus orationis uocabitur. Cuius domus similitudinem etiam Salomon rex sapientissimus domino construens dedicauit, & locum orationis uocauit dicens. Domine deus Israel, fidele sit uerbum tuum quod dixisti patri meo, quia uere commorabitur deus cum hominibus super terram. Si cœli cœlorum non sufficiunt tibi, sed domus quam ædificaui nomini tuo, respice super orationem meam domine deus, & audi inuocationem orationis meæ, quam seruus tuus orat ad te hodie, ut sint oculi tui aperti in domum istam, die & nocte, omni tempore, & in hunc locum in quo dixisti inuocare nomen tuum, exaudias in loco hoc orationem seruorum tuorum, quicunque orauerint ad te puro corde, & propicius eris omnibus inuocantibus te in hoc loco in ueritate, & exaudies de cœlo, et facies misericordiam, quia misericors es domine deus omnipotens. Similiter autem & nunc in ecclesia domino consecrata, omnis quicunque inuocauerit nomen domini fide recta, & plena hæsitans in nihilo, sed spe firma, & charitate perfecta postulauerit, quicquid petierit, impetrabit. Quia ecclesia est mater omnium uiuentium, non mortuorum, quæ nescit nisi filios uiuentes habere, eos scilicet, qui fide deo uiuunt, qui mortuis operibus alieni sunt. Si ergo iuste, & fideliter in domini cõspectu uiuamus, recte filij ecclesiæ nuncupamur. Et ideo ita agere, & cõuersari in hoc mũdo debemus, & uiuere, ut filij ecclesię dici possimus, ut iure, ac merito, cum ecclesia regnare in futura gloria mereamur. Per dominum nostrum Iesum

Esaiæ 56
Lucæ 19
3. Reg. 8.
2. Para. 7
Oratio Salomonis in templo.
Orandum in templo quomodo.
Iacobi 1
Ecclesia mater uiuorum non mortuorum.
Ecclesię filij q sint.
Tit. 2

Iesum Christũ, qui uiuit et regnat deus, per omnia sec.

Homilia 2.

AD laudem dei, atque ad confessionem ueræ fidei inuitat nos sermo hebraicus fratres charissimi, quod assidue sonat in ecclesia, id est, alleluia. Alleluia enim de hebræo in latinum interpretatur, cantate ei qui est, aut benedic nos deus simul in unum, aut certe laudate dominum, quod totum saluti, ac fidei nostræ necessarium est. Debemus enim cantare ei qui est, quia aut nos, aut antecessores nostri dudum cantabant his qui non erant, id est, dijs gentium, et simulacris idolorum. Sed uane tunc cantabant, quia uana erant quæ colebant: sed postquam uenimus ad credulitatem, et ad cognitionem diuinam, cantare cœpimus ei qui est, id est, deo omnipotenti, creatori cœli & terræ, & ipso factori nostro, qui ita ait ad Moysen. Sic dices filijs Israel. Qui est, misit me ad uos. Est enim ille, qui semper fuit, & sine initio deus, & permanet in æternum sine fine. Cui merito ac iure cantamus, quia quod sumus, quod uiuimus, non nostræ uirtutis est, nec nostræ potentiæ, sed ipsius dignationis est, & pietatis. Huic ergo tali, ac tanto deo qui semper fuit, & est, cantare debemus quæ digna sunt, quæ ad laudem illius maiestatis conueniunt, quod omnipotens sit, quod immensus sit, quod creator seculi, & mundi saluator sit, qui tantam dilectionem in omnibus habuerit, ut etiam filium suum pro salute seculi tradiderit, dicente ipso in euangelio. Sic inquit dilexit deus hunc mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Obsecro autem uos, ut idipsum sapietis omnes, & non sint in uobis scismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem

Alleluia, id est, laudate dominum. Cantare idolis. Exodi 3 Ioan. 1 Actu. 17 Cantandum deo qui est, quare, & quæ. Ioan. 3 Rom. 8 1. Cor. 1

dem scientia. Vnde si discordia, si scissura, si dissensio in nobis sit, non sumus digni benedictione dei, nec deum digne laudare possumus, quamdiu in hac malitia sumus. Quomodo enim confidenter sermone paterno respondere alleluia possumus, id est, benedic nos deus simul in unum, cum non ueniamus in unum? Simus ergo semper in unum, ut benedici simul in unum mereamur, & deum digne laudare ualeamus. Non conuenit responsio ista alleluia hæreticis, non scismaticis, non aduersarijs unitatis ecclesiæ. Non sunt simul cum ecclesia in unum qui non nobiscum colliguntur in unum. Hoc enim & ipse dominus in euangelio manifestat dicens: Qui non est mecum, contra me est. Qui autem non colligit mecum, spargit. Christi est colligere in unum, diaboli uero per diuersa dispergere. Qui ergo unitatem ecclesię diligit, Christum sequitur: qui uero dispersione delectatur, diabolum sequitur. Quia autor dispersionis, diabolus est. Et ideo dictum à Salomone legimus. Tempus dispergendi lapides, & tempus colligendi. Fuit dudum tempus, quo nos diabolus per diuersa dispersit, sed uenit iterum tempus, quo nos Christus collegit in unum. Vnde fugere, ac uitare debemus discordiam, cuius diabolum autorem esse cognoscimus: Sequi uero pacem, & unitatem ecclesiæ, ut digni, meritóque alleluia respondere possimus. Id est, laudate dominum, siue benedic nos deus simul in unum. Vide autem quam grata interpretatio ista sit, alleluia singuli respondemus, & communem benedictionem expetimus, ut singuli benedicamur in unum. Vnum autem omnes corpus ecclesiæ sumus, & ideo unâ omnes cum uoce, una mente, id est, una concordia, una fide, una spe, una charitate deum lau-

Scismatici deum digne laudare nequeunt.

Hæretici non cantant alleluia.

Lucæ 11

Christus amat unitatem, diabolus uero diuisionem.

Eccles. 3

Ioan. 11

Discordiæ autor diabolus.

Heb. 12

Rom. 12

Gal. 5

Ephesi. 4

dare oportet. Dignatur itaque deus laudari à catholicis, non dignatur ab hæreticis. Dignatur à fidelibus, non dignatur ab infidelibus. Quapropter ita agere, ita conuersari debemus, ut digni ad laudandum deum habeamur. Et ut conueniat in nobis dictum illud prophe-
Psal. 112 ticum. Laudate pueri dominum, laudate nomen domini. Quod iure, ac merito facimus, si uoluntati ac præceptis eius fideliter in omnibus pareamus. Præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto uiuit, & reg.

Homilia 5.

Certissima fiducia est Christianorum diuinitus promissa resurrectio mortuorum. Hanc enim ue-
Nume. 23 ritas ipsa promisit. Veritas autem mentiri non potest. Alioquin ueritas non est, si mentiri potest. Vera est igitur de resurrectione corporum promissio ueritatis, quia ueritas quæ mentiri non nouit, totum necesse est ut impleat quod promisit. Hanc autem resur-
Resurrectio futura certissima. rectionem corporum, ut futuram certissime nouerimus, ipse dominus nobis in suo corpore dignatus est demonstrare. Resurrexit Christus, ut resurrecturum se non dubitet Christianus. Quod enim præcessit in ca-
1. Cor. 15 pite, sequetur in corpore. Nosse autem debemus, duas
1. Thes. 4 esse resurrectiones. Dicitur autem mors prima, dici-
Col. 1 tur & secunda. Porro primæ mortis, duæ sunt partes.
Resurrectiones duæ. Vna qua peccatrix anima per culpam discessit à creatore suo, altera qua iudicante deo exclusa est per pœnam de corpore suo. Mors autem secunda, ipsa est cor-
Mors prima & secunda quæ sit. poris, & animæ punitio sempiterna. Per mortem primam, anima & boni & mali hominis ad tempus à suo corpore separatur. Per mortem uero secundam, anima illius mali hominis in æternum cum suo corpore cruciabi-

ciabitur. Vtraque ergo omnem hominem tenebit obstrictum, quia naturæ transgressio unumquenque peccatis propagat obnoxium. Venit autem dei filius, immortalis, & iustus, & ut moreretur pro nobis, carnem mortalem suscepit ex nobis. In qua carne quia nullum potuit habere peccatum, sine reatu pertulit peccati supplicium. Secundam itaque primæ mortis partem, id est, solius corporis mortem, dei filius pro nobis accepit, per quam à nobis dominationem peccati, & pœnam æternæ punitionis exclusit. Hoc ergo Christus in suis fidelibus misericorditer operatur, ut hic in eis primo animam resuscitet: donans fidem, ut recte credant: tribuens charitatem, ut bonis operibus libenter insistant. In nouissimo uero die ad hoc in eis corpora resuscitare dignabitur, ut æternam beatudinem largiatur. Resuscitati ergo in anima per fidem dilectissimi fratres, cum iustitia uiuamus, ut etiam corpore ad æternam læticiam resurgamus. Discedamus ab operibus malis, quæ mortificant animam etiam dum uiuit corpus, ut in æternis bonis anima nostra esse mereatur, & corpus. Seruemus primæ resurrectionis munus, quod per fidem largitus est Christus. Vt cum resurrexerimus corpore, mereamur cum ipso saluatore sine fine regnare. Tunc absorbebitur mors in uictoria, tunc dabitur fidelibus uera uita, & uera læticia: tunc deus pro meritis fidei, atque bonorum operum dabit suis fidelibus regnum cœlorum. Qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus, per omnia secula seculorum, Amen.

1.Pet.2 Esaiæ 53 Heb.10 Osee 13 Mat. 24. Rom. 8 Iacobi 1 1.Cor. 15 2.Cor. 5 Osee 13

Homilia 4.

AD ueræ igitur, & ad æternæ beatitudinis gaudia quisquis peruenire desiderat, debet princi-

Fides uera. pali, atque indubitanti fide credere deum patrem, deum filium, deum spiritum sanctum, id est, sanctam, atque ineffabilem trinitatem, unum esse naturaliter deum, de

Deuter. 6 quo per Moysen locutus est dominus dicens: Audi Israel, dominus deus tuus, deus unus est: & dominum

Matth. 4 tuum adorabis, & illi soli seruies. Veruntamen quia istum unum deum qui solus est uerus, & naturaliter deus, non patrem solum, non filium solum, non spiritum sanctum solum, sed simul patrem, & filium, & spiritum sanctum credere debemus. Ideo cauendum est, ne sicut patrem, & filium, & spiritum sanctum unum esse deum, quantum ad naturalem pertinet unitatem, ueraciter dicimus, sic eum qui pater est, eundem in persona filium, uel spiritum sanctum dicere audeamus. Fides est enim, quam sancti, & electi dei ab initio patriarchae, & prophetae, de incarnatione filij dei diuinitus acceperunt, quam etiam sancti apostoli ab ipso domi-

1. Ioan. 1 no in carne posito audierunt, & spiritus sancti magisterio instructi, non solum sermone praedicauerunt, uerum etiam ad instructionem saluberrimam posterorum, scriptis suis inditam reliquerunt. Quae unum deum praedicant trinitatem, patrem, & filium, & spiri-

Trinitatis fides quae sit. tum sanctum. Sed trinitas uera non esset, si una persona dicitur, pater, & filius, & spiritus sanctus. Rursus trinitas quidem uera esset, sed unus deus trinitas ipsa non esset, si quemadmodum pater, & filius, & spiritus sanctus, personarum sunt proprietate ab inuicem distincti, sic fuissent naturarum quoque diuersitate discreti.

Deus in personis trinus, in natura uerus. Sed quia in illo uno uero deo sancta trinitate, non solum quod unus deus est, sed etiã quod trinitas est naturaliter uerũ est. Propterea ipse deus uerus, in personis trinitas est, in natura tamen unus deus est. Et per hanc unita-

unitatem naturalem totus pater in filio,& spiritu san- ro unus,
cto est,totusq; filius, in patre, & spiritu sancto est. Et Ioan. 14
deus ubique totus, plenus, & perfectus, quia non lo-
cus,ubi non est deus. Vnde dicitur: Si ascendero in cœ- Psal. 138
lum tu illic es, & si descendero in infernum ades. Ob
hoc ergo tres unum recte credimus,& dicimus deum,
quia una prorsus æternitas,una immẽsitas,una omni-
potentia, una naturaliter trium est personarum diui-
nitas,Teneamus igitur patrem,& filium, & spiritum
sanctum unum esse naturaliter deum. Trinitas itaque Trinitas
ad personas refertur,unitas ad naturam. Ideóque fir- ad perso-
missime tenere,& absque omni dubitatione credere de nas, uni-
bemus,patrem, & filium, & spiritum sanctum unum tas ad na-
esse naturaliter deum, in cuius nomine baptizati su- turam re
mus, sine quo baptismate nemo poterit saluari, neque fertur.
regnum dei introire,domino dicente. Nisi quis rena- Mat. 28
tus fuerit ex aqua,et spiritu sancto,non potest introire Marci 16
in regnum dei. Et discipulos per uniuersum mundum Ioan. 3
mittens prædicare,& docere, dixit eis. Ite,docete o- Mat. 28
mnes gentes,baptizantes eos in nomine patris,& filij,
& spiritus sancti.Et alibi ait: Qui crediderit,& bapti- Marci 16
zatus fuerit in nomine meo, saluus erit. Itémque fir-
missime tenere,& omnino credere debemus, sanctam
trinitatem solum uerum deum,rerum omnium esse ui
sibilium & inuisibilium creatorem. De quo psalmus
dicit. Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, id est, eius Psal. 145
qui per perfectam fidem, & operationem sanctam,
supplantare uitia,& peccata,cum omni tentatione dia
boli festinat, spes eius in domino deo ipsius, qui fecit
cœlum,& terram,mare,& omnia quæ in eis sunt. De
quo dicit Apostolus: Quoniam ex ipso,& per ipsum, Rom. 11
& in ipso omnia,ipsi gloria in secula seculorum.Si er-

Vita æter go iſtam fidem firmiſſime & abſque dubitatione te-
na quo- nemus,& ita credendo in bonis & ſanctis operibus di
modò ac- uina mandata adimplere cum dei gratia ſtudeamus,
quiritur. æternaliter cum deo uiuemus, & æquales angelis eius
Matth.22 erimus, unamq́ꝫ cum illis hæreditatem regni cœleſtis
Gal.4 poſſidere merebimur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui uiuit & regnat deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Homilia 5.

Heb.11 NOſſe debemus, & nouimus fratres chariſſimi, quod ad ueram nemo poteſt beatitudinem peruenire, niſi per fidem. Beatus autem nemo poteſt eſſe, niſi recte credendo bene uixerit, bene uiuendo fidem rectam cuſtodierit. Deum qui credit, merito inuocat, et quærit. In corde deus reſpicit fidē, ubi ſe non
2.Tim.5 poſſint homines excuſare, qui ore ſimulāt ueritatis profeſſionem, & corde retentant impietatis errorem. Sicut enim nihil proficit fides, quæ ore retinetur, & corde non creditur, ita nihil profutura eſt fides, quæ corde
Rom. 10 de tenetur, ſi ore non profertur. Vnde dicit Apoſtolus: Corde credere debere ad iuſtitiam, ore autem per
Iacobi 2 eandem fidem, confeſſionem ad ſalutem proferre. Nam
Heb.11 fides, ſine operibus otioſa, & mortua eſt: atque ſine fide nemo poteſt deo placere. Ideo credamus in deum patrem omnium uiſibilium, & inuiſibilium. Ipſe enim uerus pater, ipſe eſt uerus deus. Deum uerum cum dicimus, agnoſcamus eum naturaliter ſuper omnia eſſe, quæ ſunt, ſiue in cœlo, ſiue in terra, ſiue etiam ſubtus terram. Patrem uerum cum dicimus, eum naturaliter
Ioan. 1 filium deum genuiſſe profitemur. In quo autem deus deum genuit, æqualem ſibi ſine initio per omnia genuit, non minorem, neque in ullo diſſimilem. Proinde

deſi-

desiderantissimi credentes in deum patrem omnipotentem, omnium creatorem, credamus & in Iesum Christum filium eius, unicum dominum nostrum. Ipse est deus unigenitus, non diuina potentia creatus, sed solus de patris substantia natus, cui una est cum patre maiestas, una æternitas, una & coæqualis per omnia uirtus, & potestas. Per ipsum nos deus pater mirabiliter creauit, per ipsum nos de morte misericorditer liberauit. Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria uirgine. Qui de deo patre natus est deus ante omnia tempora, ipse in tempore ex Maria natus est homo, ut idem unus deus, uerus esset, & homo. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Audite fratres, quid, & à quibus, quis, pro quibus tanta sustinuit. Christus unicus dei filius, secundum ueritatem carnis quam assumpsit à nobis crucifixus ab iniquis, & impijs Iudęis, ipse mortuus est pro peccatis nostris, ut nos ad uitam reuocaret æternam. Ipse pro nobis mortuus est, & sepultus, descendit in infernum, ut nos misericordia sua eleuaret in cœlum. Ille misericors, & beatus, misericorditer uisitauit locum miseriæ nostræ, ut nos perduceret ad locum beatitudinis suæ. Deinde tertia die resurrexit à mortuis. Ipse pro nobis pertulit mortem, ut nostram nobis redderet immortalitatem, & uitam. Christus mortuus est secundum carnem, ut nos carnaliter pro ipso mori, uel concupiscentijs mundi non timeremus. Resurrexit Christus à mortuis, ut nos resurrectionem carnis certissime crederemus. Ascendit in cœlum, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Christus nos sua morte reuocauit ad cœlestem patriam, & nos contra remanendo in peccatis, amamus potius terrenę peregrinationis exilium. Chri-

Ioan. 1
Heb. 1
Gal. 4
Lucæ 1
Rom. 4
Ioan. 10
Lucæ 7
Col. 3
1. Pet. 4
1. Cor. 15

ſtus nos proprio ſanguine ad æternas diuitias compa-
rauit, nos econtra in æterna uolumus indigentia re-
manere. Chriſtus ſicut aſcendit in cœlum, ita inde uen
Actu. 1 turus eſt, iudicare uiuos, & mortuos. Qui uenerat cum
Lucæ 21 manſuetudine, ueniet cum magno terrore. Quem iu-
Matth. 25 dicij ſui aduentum diligunt iuſti, ut accipiant regnum,
timent iniuſti, ne in ignem mittantur æternum. Qua-
propter dilectiſſimi priuſquam illud iudicium ueniat,
unuſquiſque noſtrum componat cauſam ſuam, & cor-
rigat uitam ſuam, ut non cum impijs ad pœnam, ſed
cum iuſtis perueniat ad coronam. Credentes itaque in
deum patrem & filium eius dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtum, credamus & in ſpiritum ſanctum, qui
eſt deus uerus, ſicut pater, & filius, quia ipſe unus eſt
deus pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. Hæc eſt una
Rom. 3 fides, hæc eſt uera fides, per quam iuſtificamur, per
Gal. 2 quam ab omni peccato mundamur. Credamus ergo
Actu. 15 ſanctam eccleſiam catholicam, ſine qua nemo ſalua-
tur. In quam omnis qui crediderit, & baptizatus fue-
Mar. 16 rit, omnium peccatorum ſuorum remiſſionem con-
ſequetur, & uitam æternam poſſidebit, quam in ſeipſo
nobis demonſtrauit Chriſtus, ut de illa nos nullate-
nus dubitemus. Quapropter dilectiſſimi bene uiua-
mus, ut non ad pœnam, ſed ad æternam uitam reſur-
gamus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui
cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat deus in ſe-
cula ſeculorum, Amen.

Homilia 6.

Succincta ſymboli apoſtoli-

OPortet attendere fratres chariſſimi, quanta dei
pietas ſit erga humanum genus, ut omnipotēs
deus, creator, & conditor angelorum, & ho-
minum

minum, omniſque creaturæ, uiſibilis, & inuiſibilis, patrem ſe uelit uocari ab homine, & pro filijs ſibi habere, quos fecit ex limo terræ. Hoc eſt enim quod in ſymbolo dicitur. [Credo in deum patrem omnipotentem.] Si ergo credis deo, dæmonem relinque. Si deum ſequi uolueris, quicquid domino non placet, deuitare procura. Gaude, & exulta, quia unum eundemque deum habes & patrem. Ipſum cole, ipſum dilige, ipſius fac uoluntatem. Nihil de idolorum cultu, uel ſuperſtitionibus paganorum cogites, quia deus eſt omnipotens, qui omnia quæ ſibi promittit, potens eſt & reddere. [Et in Ieſum Chriſtum filium eius unicum dominum noſtrum.] Niſi enim eundem dei filium, eundemq́ Chriſtum filium hominis tota mente, abſque ulla dubitatione credideris, atque confitearis, nec patrem tibi proderit confiteri. [Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria uirgine.] Cum ſpiritum ſanctum miniſtratorem tantæ natiuitatis audieris, nullatenus dubites uirginem potuiſſe concipere. Cum credis eum in utero incorruptæ uirginis potuiſſe hominem figurare: quem credere debes hominem feciſſe de puluere, nec Mariam dubites uirginem permanſiſſe poſt partum. Sed quomodo hoc factum ſit, humanus ſermo, neque humanus ſenſus poteſt comprehendere. Voluit autem deus pater, filium ſuum coæqualem ſibi per omnia, in nulloq́ diſſimilem humanam ſuſcipere pro hominibus carnem, ut omnibus ſibi credentibus, eiusq́ obſequentibus uoluntati, æternam uitam largiretur, & gloriam. Vt hominem ad imaginem dei factum, & per diaboli inuidiam deceptum atque à regno expulſum æterno, per unicum filium ſuum aſſumendo, & humanam naturam ſuſtinendo,

ci enarratio.
Lucæ 11
Matth. 6
Deus, pater noſter dicitur.
Matth. 7
Lucæ 1
Lucæ 2
Hiere. 31
Eſaiæ 7
Geneſ. 1
Ioan. 10
Ioan. 17

do, erueret à diabolo, & regno restitueret æterno. [Qui passus est sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.] Qui propter te humanæ carnis accepit corruptionem, ipse pro tua redemptione, & salute, in humanitate quam accepit, pertulit passionem. Quia passio illius, nostra est uita, mors illius, est liberatio no-
Osee 13 stra. [Tertia die resurrexit à mortuis.] Si te triduana domini sepultura conturbet, resurrectio gloriosa
Rom. 4 magis confirmet. Quicquid infirmitatis audis in Chri
1. Cor. 15 sto: Nostræ hoc necessitatis, & redemptionis est. Quicquid gloriæ, eius potestatis, qui ideo mortuus est, ut nos reuiuisceret. Ideo resurrexit, ut nos ad uitam resuscitaret æternam. [Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram dei patris.] Magnum uidetur, & preciosum, quod pro te dei filius pependit in cruce: illudq; sublime, quod ascẽdit in cœlos, sed illud te multo magis stupere oportet, quod pro te mortuus est, & sepultus: quia descendit, ut ea quæ humanæ displicent infirtati, pro tua salute sufferret, & te ad æternam gloriam secum perduceret. [Inde uenturus est, iudicare uiuos, & mortuos.] Ipse qui ab iniquis iudicatus est, ad mortem, ipse omnes gentes, & iustos iudicaturus est ad gloriam, omnesq; impios detrusurus ad pœnam. [Et in spiritum sanctum.] Sicut credidisti deum patrem omnipotentem, filiúmque eius unigenitum, sic patri filióque coæqualem spiritum sanctum in omnibus credas, in nulloq; dissimilem. [Sanctam ecclesiam catho-
Ioan. 3 licam, remissionem peccatorum.] In qua omnis qui
Ephes. 5 renatus fuerit, ex aqua, & spiritu sancto, æternam omnium percipiet indulgentiam peccatorum: & ex qua
Matth. 13 omnes iniqui, & impij ad supplicia deputantur æterna. [Carnis resurrectionem, & uitam æternam.]
Quod

Quod in Christi gloriosa resurrectione audistis completum, hoc in te omnino in futuro iudicio crede esse complendum, ut carnis tuæ resurrectio te reparet in æternum. Nisi enim credideris reparandum te esse post mortem, ad præmium uitæ æternæ peruenire non poteris. Si autem credideris, æternis gaudijs insereris. Per Christum dominum nostrum, uiuentem, & regnantem cum patre, & spiritu sancto, nunc, & semper, in omnes æternitates seculorum seculi, Amen. 1. Cor. 15. Ioan. 5

Homiliarum de tempore & sanctis Bedæ presbyteri finis.